

Isotæ Nogarolæ Veronensis opera quae supersunt omnia

Isotta Nogarola


UNIVERSITY of MICHIGAN
GENERAL LIBRARY
OCTAVIA WILLIAMS BATES
BEQUEST



ISOTTA NOGAROLA



ISOTÆ NOGAROLÆ

VERONENSIS

OPERA QUÆ SUPERSUNT

OMNIA

ACCEDUNT

ANGELÆ ET ZENEVERÆ NOGAROLÆ

EPISTOLÆ ET CARMINA

Collegit

ALEXANDER COMES APPONYI

Edidit et præfatus est

EUGENIUS ABEL

VOL. I

VINDOBONÆ

APUD GEROLD ET SOCIOS

BUDAPESTINI APUD FRIDERICUM KILIAN

1886

MANIBUS

AVIÆ DULCISSIMÆ

THERESIÆ NOGAROLÆ

UXORIS ANTONII APPONYI

D. D. D.

NEPOS PIISSIMUS

ALEXANDER APPONYI

DE ISOTÆ NOGAROLÆ VITA

PRÆFATUR

EUGENIUS ABEL.*

In opere «prope divino» quod frater Philippus Bergomensis a. 1497 Ferrariæ «De plurimis claris selectisque mulieribus» edidit, inter nonnullas mulieres doctrina insignes etiam tres feminæ doctissimæ ex inclyta Nogarola familia ortæ, Angela, Zenevera et Isota, meritis laudibus extolluntur. Ex quo opere quasi fonte cum pæne omnes scriptores sua hausissent qui sive data opera de feminis doctrina insignibus commentati

* De Isotæ Nogarolæ vita nuper in dissertatione Commentationibus Academiæ Litterarum Hungaricæ inserta (Isota Nogarola. Székfoglaló. Dr. Ábel Jenő l. tagtól. Budapest 1885) et in Ludovici Geiger Annalibus quæ «Vierteljahrsschrift für Kultur und Litteratur der Renaissance» inscribuntur (I. 3. 4) disserui.

sive historiam renascentium in Italia litterarum texentes facere non potuerunt quin de his quoque scriberent quique præter paucula quædam de Isota vix novi quidquam attulerunt, operæ pretium me facturum esse speravi, si in earum vitam et scripta iterum diligentius inquirerem. Qua in opera si plus quam qui ante me de eadem re scripserunt profeci, non mihi sed inprimis nobilissimo comiti Alexandro Apponyi debetur, qui singulari bonarum artium amore incensus congestis ex omnibus fere totius Europæ angulis doctarum gentis Nogarolæ feminarum operibus manibus aviæ dulcissimæ Theresiæ Nogarolæ hoc monumentum pia mente statuendum curavit, tum tribus viris Veronensibus, Ioanni Baptistæ Carolo Giuliari, Petro Sgulmèro et Caietano Da Re, quorum ille omnia quæ ad Nogarolas doctrina illustres spectantia summo studio congesserat ut in usum nostrum converteremus perhumaniter nobis concessit, hi singulari diligentia et admirabili doctrina bibliothecarum et tabulariorum Veronensium thesauros perscrutati sunt.

Clarissima igitur Nogarola familia[1] in antiquissimis Galliæ Cisalpinæ gentibus nobilitate insignibus numeratur, quæ una cum Carolo cognomento Magno Imperatore contra Desiderium Longobardorum regem in Italiam ex agro Herminiaco in Gallia sito[2] profecta sedes suas in agro Veronensi collocavit, ubi Nogarolarum castrum, quod nunc Nogaro oppidulum est, condidit. A quo tempore usque ad nostram ætatem semper inter primas urbis Veronæ nobiles familias habebatur. Quod non solum virtutibus eius bellicis sed magis etiam ei rei debetur, quod præter viros belli gerendi et rei publicæ ordinandæ peritissimos nunquam viris feminisque carebat, qui litteris peregregiam operam navarent.

Iam vero exeunte sæculo decimo quarto *Ioannes* Nogarola[3] Isotæ patruus, qui a. 1413 a Venetis proditionis accusatus et securi percussus est, Petrarcam imitatus sonetos qui vocantur Italico sermone composuit. Inter theologos et philosophos qui sæculo decimo

quinto floruerunt insignem locum obtinet *Leonardus* Nogarola, Isotæ frater germanus.[4] Cui merito inclytus eius ex fratre nepos *Hieronymus* Nogarola Antonii filius [5] successit (verba sunt Valerii Palermi, quæ paulo fusius referre placet utpote de viro vulgo minus noto dicta) vir tum humanissimus et in consuetudine periucundus, tum in omni scribendi genere summa doctrina præditus, præcipueque in pangendis carminibus singulari quadam facilitate et venustate pollens, unde tanti viri ingenium admiratus Maximilianus Cæsar cum eum sibi a secretis comitem ascivisset, magnis semper in rebus illius opera et consilio uti voluit. Cuius filius unicus *Leonardus* Nogarola[6] paternis vestigiis insistens summis principibus perutilem præstitit operam cum legationibus plurimis summa cum fide et facultate functus est, neque tamen in his negotiis sane gravissimis eloquentiæ, litterarum et præsertim linguarum, quarum peritissimus habebatur, studium neglexit. Atque eodem fere tempore inclaruerunt tres fratres Nogarolæ *Alexander*, *Ludovicus*, *Franciscus*, filii Galeotti equitis, qui Isotæ ex

fratre Ludovico nepos erat. Ac *Alexandrum* quidem Nogarolam Valerius Palermus in oratione funebri a. 1564 Veronæ de eo habita refert primos ætatis annos in studiis litterarum non iratis omnino Musis posuisse, mox autem instituto vitæ mutato arma sibi sumpsisse exercenda et principum curias frequentasse, maxime Caroli Quinti Imperatoris et Mariæ Hungariæ Reginæ, quibus gratissimus habebatur. Tandem turbulentissimis Italiæ motibus pacatis positis armis ad urbanum otium rediit intermissaque studia tanto recepit animi ardore, ut se etiam ad scribendum applicuerit et quas optimi equitis partes longo rerum usu didicerat et obierat easdem omnes ad posterorum memoriam litterarum monumentis commendare non dubitarit. Quod quidem opus magna rerum copia scriptum ad manus etiam nostras publice editum paulo post perventurum erat, nisi fati necessitate imperfectum impolitumque relictum esset. Iam porro *Ludovicus* Nogarola (qui a. 1559 obiit)[7] theologiæ, philosophiæ, litterarum Græcarum studio clarus, oratione quam in Concilio Tridentino

habuit, libris de Apostolicis Traditionibus et de Nili incremento scriptis, tum opere, quo multis rationibus comprobat Henrico VIII. Britannorum regi divinis legibus cum Catherina uxore Caroli Quinti matertera faciendi divortii ius prorsus esse sublatum, omnium oculos in se convertit nec minorem laudem consecutus est eo, quod Ioannem Damascenum, Plutarchum, Ocellum Lucanum e Græco sermone in Latinum transtulit. Denique *Franciscum* Nogarolam, cuius nomen infra sæpius nobis occurret, Franciscus Sansovino vir eiusdem temporis non solum philosophiæ et litterarum antiquarum studiis sed etiam poetica facultate valuisse refert.

Recte tamen Valerius Palermus, quem Franciscus Sansovino secutus est, illud maxime in hac Nogarola familia mirari solitus est, non tot aliam fortasse domum in quavis urbe præclaros viros unquam aluisse, quot istam lectissimas feminas omni liberali disciplina instructas edidisse constat.

Iam quo tempore viri ex hac familia orti non nisi armis gerendis et re publica administranda laudem meruerunt, primis sæculi

decimi quarti annis, doctrinæ fama claruit *Antonia* Nogarola Gufredi filia,[8] quam Salvaticus Bonacorsi, Passerini Mantuæ principis nepos, a. 1318 uxorem duxit.

Quo magis dolendum est quod eam tantum ex Valerii Palermi verbis honorificis cognitam habemus. Plura ut de alia doctissima huius familiæ femina *Angela* resciseremus nobis contigit, cuius memoriam Philippus Bergomensis in singulari operis quod de claris selectisque mulieribus conscripsit capitulo consecravit. Ex quo Angelam Antonii Nogarolæ filiam, Antonii de Arco uxorem, temporibus Pii Pontificis Maximi huius nominis secundi vixisse et pulchritudine virtutibusque non minus quam poetica laude floruisse discimus scripsisseque Eclogas immo Centones de rebus in sacra scriptura commemoratis. Itaque Zeneveræ et Isotæ ætati coniuncta fuisse Philippo Bergomensi multisque aliis videbatur. Attamen certissimum est eam dimidio minimum sæculo prius exeunte sæculo decimo quarto et primis sæculi decimi quinti annis vixisse. Nicolaus Luscus enim in ecloga circa annum 1436

scripta Zeneveram et Isotam quas laudibus extollit Angelæ in carminibus pangendis successisse refert, Tobias Burgus autem in epistola ad easdem a. 1438 scripta eam sororum amitam vocat, eisdemque cognationis vinculis eas coniunctas fuisse etiam ex tabulis genealogicis apud Turresanum[9] videre licet, ubi inter liberos Antonii Nogarolæ et Bartholomeæ de Castronovo Isotæ avorum maxima natu «Angela uxor Antonii de Arco 1396» affertur.[10] Neque aliud quidquam ex operibus ab ipsa et ad eam scriptis efficitur.

Extat eius cento, quo a Pandulpho Malatesta Galeotti filio (1370—1427), qui a. 1385 patri in possessione civitatis Fani successit, a. 1404 Brixiam, a. 1407 Bergomum obtinuit et bonarum litterarum studio haud multo minus quam frater Carolus et filius Sigismundus Pandulphus flagrabat, codicem quendam quo omnia Senecæ opera moralia continebantur repetivit carmine e versibus ex Horatio, Ovidio, Vergilio, Lucano, Pindaro Thebano, Petrarca sumptis et extremis verbis inter se consonantibus consuto, neque

tamen obtinuit, cum Pandulphus codicem mutuum sibi datum alieno loco reposuisset nec reperire potuisset.[11] Præterea Angela ad alios etiam viros principes carmina dedit, ad Iacobum de Carraria, qui initio a. 1406 viginti sex annos natus Venetiis interfectus est, cui non minus quam civitati congratulari videtur, quod Franciscus pater a. 1404 Veronam ei regendam tradiderit, et ad ducem anguiferum, Comitem Virtutum Ioannem Galeatium Visconti a. 1402 defunctum, cuius gratiæ Vicentiam urbem innumeris malis quassatam commendat, quod a. 1387 fecisse videtur, cum Vicentia Ioanni Galeatio se tradidit.[12] Extat etiam epistola, qua Magdalenam de Scrovignis, Ugolini filiam, feminam omnibus virtutibus non minus quam litteris claram, quæ a. 1439 defuncta est, de morte fratris Iacobi de Scrovignis militis eximii consolatur,[13] et breve epigramma ad Antonium Luscum probabiliter ante a. 1388 scriptum,[14] quo se excusat quod pila iuvenili ardore ludentem eam offenderit. Quam etiam cum Matthæo de Aurelianis nobili viro Vicentino amicitiæ vinculis con-

iunctam fuisse huius epistola quam ad e
scripsit testatur,[15] in qua nonnulla de e
laudibus leguntur. Quo in genere noli mir
quid sit quod nequiverit invidorum ma
dicentiam effugere. Ex quorum nume
Nicolaus de Facino nobilis vir Vicentinu
eam carmina suo nomine evulgata aliis scr
toribus suffuratam esse suspicatus est, s
ab Angela cum dignitate quadam repreh
sus ea quæ prius dixerat revocavit. Neq
tamen Nicolaus hic criminibus prorsus fic
Angelam persecutus est, cum centona
potissimum scribendi genere eam delectat
esse et Philippus Bergomensis tradat
carmen ad Pandulphum Malatestam script
evincat. Sed ne ita quidem parvi facier
est mulier, cuius carmina apposite con
eorum opinionem afferri possunt, qui in
Gulielmi de Pastrengo (1335—1370)
Guarini Veronensis tempora litterarum L
narum studia Veronæ prorsus neglecta e
conqueruntur, quos vel id erroris arguit, q
qui a. 1405 urbi Veronæ præerant
litterarum universitate, de qua constituer
tum cogitabatur, etiam studia humanit

coli voluerunt. Accuratior vero temporum quibus Angela floruit definitio etiam ut de Isotæ Nogarolæ litterarum studio rectius iudicemus nos permovebit. Nulla nunc amplius extat causa, cur a Guarino Veronensi eam exemplum ut bonarum artium studio totam se daret sibi sumpsisse putemus, immo Angelam exemplum dedisse primo obtutu videbit qui utramque non minus theologiæ quam litteris humanitatis vacasse et non nisi ea re differre consideraverit, quod Angela carminibus pangendis, Isota epistolis scribendis magis delectabatur et hæc mirabili in his studiis intra paucos annos facto progressu adiuta multo quam amita elegantiore scribendi genere utebatur. Angelæ enim opera meliorum qui scholastici vocantur philosophorum orationis genus redolent, quorum philosophia quoque in memoriam nobis revocatur longissimo quod extat Angelæ de virtutibus vel potius de vitiis sicut de ira, de avaritia, de immoderatione carmine, cuius forma quoque severioribus elegantiæ iudicibus displicebit, tam crebri in eo occurrunt versus allitteratione quæ dicitur ad nauseam

usque repetita insignes. Neque centonibus, quos haud parvo numero ab Angela consarcinatos esse supra vidimus, Isotæ ætas magnopere delectata esse videtur.

Summa tamen laus, qua Angela apud æquales et posteros afficiebatur,[17] alias quoque feminas Nogarolas pellexit, ut bonis litteris incumberent, immo carminibus, orationibus et epistolis publicandis sibi et sexui feminino gloriam quærerent, ut *Nostram*,[18] Ioannis cuius sonetos supra laudavimus filiam, Antonii Martinengi uxorem, *Lauram*, Isotæ sororem,[19] Nicolai Troni patricii Veneti uxorem, *Iuliam*, Ludovici* harum fratris filiam,[20] et paulo post sæculo decimo sexto præter *Luciam* a nobis iam supra commemoratam *Catherinam* Nogarolam.[21] Quarum duæ postremo loco laudatæ non a Nogarolo sanguine cretæ sed matrimonii iure in familiam Nogarolam assumptæ sunt, quod etiam in Blanca Borromea[22] Isotæ matre factum esse videmus, quæ quamquam illitterata[23] tamen theologiæ præsertim mirum quantum favit et marito præmatura morte erepto summum studium in liberorum educatione posuit, quam non

parum negotii sibi facessivisse ex magna liberorum copia facile conici potest. Ex quorum numero hi nobis innotuerunt. *Leonardus* Protonotarius Apostolicus, de quo supra verba fecimus, *Antonius* miles,[24] cuius nomen in litteris ad Isotam scriptis frequenter usurpatur, *Bartholomæa*, Iacobi Lavagnolæ senatoris celebratissimi uxor, *Iacobus*, qui tenera ætate mortuus esse videtur, cum eius nomen nusquam nisi in tabula genealogica apud Turresanum legatur, *Ludovicus*,[25] qui et ipse primas in administranda re publica gessit, *Isabella*, primum Francisci Fracastorii, tum Ioannis de Musto uxor, *Zenevera*, litteris clarissima, Brunorii Gambaræ uxor, *Isota*, *Samaritana*, denique *Laura*, cuius iam supra honorificam mentionem fecimus.

Erat sane, quod mater magna præstantissimorum liberorum copia gloriaretur, quorum virtutes ex eis, quæ supra congessimus, satis clare elucent, nisi quod nihil adhuc data opera de duobus Nogarolæ familiæ luminibus, de Zenevera et Isota[26] sororibus locuti sumus, quibus honoris causa non primum sed ultimum locum reservandum esse

duximus, quo accuratius in earum res gestas inquirendi facultas nobis daretur.

Matrem Blancam optime de filiarum educatione meritam esse iam supra vidimus, neque alii cuiquam præclaram in litteris institutionem debitam referebant, cum patrem Leonardum, cuius nomen ne semel quidem in Isotæ Zeneveræve scriptis invenitur, vix primam ætatem egressæ iam inter a. 1425 et 1433 amisissent,[27] et omnes uno ore insignem quam mater in filiarum educatione posuit curam laudibus extollerent. Etenim Georgius Bevilacqua in litteris die III. mensis Aprilis a. 1436 ad sorores scriptis Blancam cum Cornelia Gracchorum matre conferendam esse ducit eique laudi tribuit, quod disertissimos filiabus præceptores elegerit, neque minus auctoritatis habet epistola illa dedicatoria, qua Omnibonus Leonicensis, præclarus illius temporis litterarum Latinarum Græcarumque præceptor, divi Chrysostomi de virtute et vitiis opus a se in sermonem Latinum translatum sororibus obtulit, ex qua elucet Blancam æque ac glorem Angelam et filiam Isotam theologiæ non minus quam

bonarum litterarum studiis favisse. Blanca enim tam frequenter cum Omnibono egerat, ut filias litterario aliquo munere donaret, ut Omnibonus præstantissimæ mulieri, cui omnia se debere profitetur, obsequendum esse ratus, cum cognitum haberet, quantopere illa divinarum rerum præceptoribus delectaretur, theologico opere offerendo eius voluntati se quam maxime obtemperaturum esse speraret. Neque postero tempore amicitiæ vincula inter nobilem Nogarolam familiam et modestum antiquarum litterarum interpretem relaxata sunt. Cum enim plus decem annis post prope esset ut Omnibonus a magistratu Civitatis Vicentiæ scholastico munere privaretur, Leonardus Nogarola, Blancæ filius, huic conatui acri animo restitit et ne ludi magistro doctissimo iniuria inferretur evicit.[28] Dum Vicentiæ commorabatur (a. 1434—41, 1443—48, 1453—78 [?]) habita est ab Omnibono etiam oratio in funere Elisabethæ Nogarolæ, uxoris Iacobi a Thienis equitis, qua occasione denuo propensum in familiam Nogarolam studium testatus est.[29]

Luculentissimum autem laudabilis quam erga humaniorum litterarum studia præstiterat benignitatis testimonium Blanca Nogarola eo dedit, quod filias, quarum egregiam indolem mature perspexerat, viro erudiendas tradidit, qui ea ætate inter viros litterarum Latinarum scientia imbutos secundum post Guarinum Veronæ locum tenuisse videtur, licet nunc demum quis et qualis fuerit Remigii Sabbadini potissimum beneficio appareat. Blanca enim statim ac *Martinus Rizzonius*, de quo loquimur, in patriam a qua fere ante quinquennium amplius discesserat reversus est,[30] eum in domum suam recepit eique filiarum institutionem commisit, quod bene factum esse brevi post luce clarius apparuit, cum Zenevera et Isota ceteros fratres sororesque prægressæ summam in litteris gloriam adeptæ sunt. Cuius rei laus magnam partem Martino debetur, qui quamquam etiam legum studio aliquando tenebatur et ne a theologia quidem alienus erat tamen id temporis bonas litteras præ ceteris colebat, quarum amorem etiam discipulis suis tradidit, quæ quo tempore in publi-

cum prodierunt scriptorum sæcularium multo magis etiam quam ecclesiasticorum lectione imbutæ erant, quamquam quod haud mireris in filiabus matris vitæ sanctimonia insignis sacrarumque litterarum amantissimæ et in familia, quæ Angelam Nogarolam procreavit, etiam in horum scriptorum libris satis versatæ erant. Quæ num alios quoque præter Martinum præceptores habuerint, incertum est, quamquam et Georgius Bevilacqua a. 1436 et Ludovicus Fuscarenus a. 1453 plures eis præceptores fuisse sed nimis ambigue et generaliter loquendo innuant; certissimum tamen est in litteris quas ipsæ ad alios dederunt Martinum solum præceptorem occurrere, qui etiam tum earum lateribus adhæsit, cum præclaram iam inter doctos viros famam litteris assecutæ sunt.

Huius magistri tam docti et diligentis institutione cum brevi tempore mirum quantum profecissent, tandem a. 1434 primum in publicum prodiisse videntur. Eo enim anno *Hermolaus Barbarus*[31] in Protonotariorum Apostolicorum numerum relatus est, cui Isota fortasse statim ut huius rei nuntium

accepit de amplissimo honore gratulata est. Nihil tamen obstat, quominus hanc Isotæ epistolam anno immo duobus annis post scriptam esse sumamus.

Prima igitur epistola in Isotæ codice epistolari quam certo ac definito tempori assignare possumus, a *Georgio Bevilacqua* docto sane viro Veronensi [32] scripta est, quem paucis annis post bello quod Veneti contra Philippum Mariam Visconti Mediolanensium ducem gesserunt interfuisse eiusque historiam conscripsisse constat. [33] Ex hac epistola Kalendis Februariis a. 1436 data discimus Georgium Bevilacquam antequam Patavium studiorum causa discederet una cum Iacobo Lavagnola, qui fortasse iam tum Bartholomæam Nogarolam in matrimonium duxerat, [34] ad sorores visendas ad Cyaneum rusculum vel alium Nogarolarum agrum accessisse easque inter studia et lacteos Ciceronis libellos offendisse, et postquam per colles ambulantes et retia aviculis tendentes tempus iucundissime trivissent eum a matre Blanca rogatum esse, ut si quid earum studiis fructiferum haberet eas participes redderet. Cuius

rei memor vix Patavium accesserat cum Antonio Nogarolæ, qui eum fortasse Patavium comitatus est, Lactantium ad sorores deferendum dedit litterasque addidit, quibus quanta earum admiratione captus esset posteris testatum reliquit. Quod autem in calce litterarum legitur: «curate vos, quæso, et cum domino Lavagnolo, ut Decades meæ in manum vestram revertantur» fortasse de Titi Livii decadibus et de eodem Liviano codice dictum est, ad quem emendum Isota in epistola quadam, quæ quo anno et die data sit traditum non est, ab Antonio Bonromeo avunculo, cuius hospitio paulo post per duos integros annos et dimidium Venetiis utebatur,[35] quinquaginta aureos petiit.

Duobus mensibus post (die III. mensis Aprilis a. 1436) Georgius Bevilacqua alias ad sorores litteras scripsit, in quibus gratias agit quod ad priores suas litteras responderint (ea quæ responsa sunt ætatem non tulerunt) et fusius in laudes Blancæ matris evehitur, tandem maximum laborum et studiorum præmium se consecutum esse profitetur, cum summis sororum laudibus ornatus esset.

Postremæ Georgii litteræ Bononiæ die XXII. mensis Iulii datæ sunt, sed utrum a. 1436 an 1437, non constat. Illud autem ideo haud veri simile videtur, quod credi vix potest Georgium iam post tres quattuorve menses Patavio Bononiam se contulisse et in initio epistolæ Georgius se excusat, quod legibus totus intentus sororum pæne oblitus sit. Quid eas iterum in memoriam suam revocaverit, ipse narrat. Namque in foro publico quod ante basilicam pontificis situm est et a scholaribus, doctoribus et viris nobilibus frequentari solitum est, forte scholarium cœtui se immiscuit, qui unusquisque pro arbitrio viros eloquentissimos quibus illo potissimum tempore Italia florebat recensebant. Tandem cum iam per longum tempus de hac re colloquerentur, unus ex Calabria oriundus prorupit in verba: Quid viros commemoratis? inquiens; legi duarum virginum Veronensium epistolas quasdam viro patricio Francisco Barbaro exaratas, quibus adeo disertissime pollent, ut nedum in his eloquentissimorum hominum effigiem contemplari fas sit, sed illas in Cor-

neliæ matris gremio pariter ac sermone educatas appareat. Cui cum Georgius assensus esset, ceteri quoque qui aderant maximo sorores honore prosecuti sunt.

Georgius etiam alioquin se bonum sororum amicum esse non solum verbis, ut ceteri plerique qui sorores laudibus tantum ad cælum usque tollebant, sed re quoque eo testatus est, quod libellum quendam de transitu beati Hieronymi, quem Bononiæ a docto quodam monacho dono acceperat sororibus obtulit, in quo eo magis laudandus erat, quod quantopere beati Hieronymi operibus delectaretur sororibus quoque notum erat. Neque Isota neglexit ei pro gratissima hac in se voluntatis significatione gratias agere quam maximas.[36]

Interim sororibus occasio data est novas virorum doctorum amicitias sibi conciliandi. Iam supra vidimus eas cum in litterarum studio vix quidquam profecissent *Francisco Barbaro* principi inter Venetos litteris claros viro epistolas scripsisse eisdemque subito virorum doctorum oculos in se convertisse. Quas num Franciscus Barbarus dignas esse

ditate elegantius aut sermonis proprietate consuetudineque Latinius? Crebræ sententiæ, rerum varietas, antiquitatis notitia et quod Horatius vehementer probat, pes semper et caput uni redduntur formæ. Quodque præcipua admiratione dignum, tanta est in utriusque dictione paritas, tanta stili similitudo, tanta scribendi germanitas et quidem utrobique magnifica, ut, si Zeneveræ nomen auferas et Isotæ, non facile utri utram anteponas iudicare queas, adeo ut qui utramvis norit ambas noverit, ita sunt non modo creatione et sanguinis nobilitate sorores, sed etiam stilo atque facundia. — Guarinus etiam *Leonello Estensi* Mutinæ principis filio, cuius educatio eius curis commissa erat, epistolas a Iacobo Foscaro acceptas legendas dedit litterasque adiunxit, in quibus in eandem sententiam licet minore animi ardore sororum laudes prædicabat, quarum litteras cum etiam a iuvene illustrissimo magni æstimari intellexisset, paulo post alia earundem scripta ad eum misit, quæ prioribus inferiora minime iudicari posse persuasum habebat.[37] Quibus litteris cum toto fere orbi

terrarum quantopere Nogarolæ virgines litteris excellant patefactum sit, non est mirum huius rei famam brevissimo tempore ad sororum aures pervenisse nec dubitasse Isotam, quin a Guarino ipso ut putabat provocata statim ad eum litteras daret atque summis ut solebat virum præclarissimum laudibus celebraret. Spes tamen eam fefellit Guarinum responsurum et cumulum laudibus quas antea sororibus tribuisset allaturum esse, qua de causa ab omnibus, præsertim a mulieribus, quæ eius gloriæ litterarum studio partæ invidebant, irrisa tandem iterum ad Guarinum se convertit et quantum propter eius silentium inexplicabile pateretur iniuriæ non sine animi acerbitate exposuit. Itaque id quod optaverat consecuta est. Guarinus enim litteris die X. mensis Aprilis a. 1437 datis eam consolari conatur suaviterque exprobrat, cur non suum silentium meliorem in partem acceperit reputaveritque se domesticis, extraneis, suis, alienis, familiaribus, litterariis negotiis immortalibus implicitum aut nullum aut perrarum scribendi tempus nactum esse, cum interim docens, legens, audiens tantam

familiam, tot liberos regat, alat, educet, erudiat, parum quieti, minus somno, minimum cibo tempus impertiat. Cui excusationi cum amplas etiam Isotæ laudes addidisset, cumulatissime sane virgini satisfecit; tamen noluit Isota venerabili seni amplius molestiam afferre, qui fortasse non sine tecto quodam consilio quot quantisque negotiis distineretur conquestus esse sibi videbatur.

Hoc saltem pro certo affirmare possumus, Guarini epistolas Isotæ laudi minime obfuisse, immo potius haud parum profuisse, quod et ex litteris, quæ paulo post a Guarini discipulis ad sorores scriptæ sunt et ex Nicolai Lusci Iacobique Lavagnolæ laudibus quas larga manu sororibus tribuebant apparet. *Nicolai Lusci* Vicentini ecloga verbosissima, quam forte relicta a. 1435 Ferraria [38] Vicentiæ iam conscripsit, eo præsertim digna est quæ nominetur quod poetica sororum opera in ea celebrantur. Potius sororum epistolas et orationes una cum corporis venustate animique virtutibus laudandas sibi proposuit *Iacobus Lavagnola* in epistola a. 1436 ut videtur scripta, quam qui attente legerit

et quo honore sorores ab omnibus habitæ sint consideraverit, non mirabitur, quod nonnulli iuvenes Ferrariæ præsertim Latinis Græcisque litteris Guarino duce operam navantes sorores litteris adierunt ea credo spe ducti, futurum esse ut acceptarum laudum haud immemores vicem pro vice redderent. Itaque *Hieronymus Guarinus* filius et discipulus magni illius viri paulo post patrem (die XXX. mensis Decembris a. 1437) litteris ad sorores datis quantopere eas coleret professus est, eodemque fere tempore alius Guarini discipulus, *Ludovicus Cendrata* Veronensis, qui a. 1480 Iosephi Flavii opus de Bello Iudaico Veronæ imprimendum curavit et qui etiam de re publica administranda bene meritus est,[39] præceptoris et commilitonis exemplum secutus est. Fortasse etiam *Tobias Burgus*,[40] qui postea Malatestarum Ariminii dominorum servitio addictus eorum res gestas memoriæ mandavit, horum exemplo excitatus Ferrariæ consilium iam diu captum exsecutus sororibus scripsit, quamquam eo tempore se ferulæ manum iam subduxisse affirmat et paulo post Venetiis nobis occurrit neque a Damiano

Burgo optimo sororum amico ut ad eas scriberet impelli non potuit. Scribendi autem occasionem nuptiæ in Nogarola familia proxime futuræ, probabiliter eæ quæ Zeneveræ cum Brunorio Gambara nobili viro Brixiano celebrandæ erant[41] ei præbuisse videntur, de quibus litteris carminibusque sororibus gratulatus est.

Tobiæ Burgi exemplum alios etiam ut ad sorores litteras darent impulit. Cum enim paulo post Venetiis commoraretur, *Nicolao Venerio* amico, cui affinitas quædam cum Nogarola familia intercessit,[42] multa de sororum prudentia, honestate, modestia summa cum laude narravit, ex quibus ille quanta earum esset virtus, humanitas, integritas, eloquentia facillime cognovit sororibusque significavit. Atque etiam *Antonius Cassarius*, haud contemnendus litterarum Latinarum Panormi professor,[43] litteris paulo post reditum ex Græcia Kal. Martiis a. 1438 e domo Iacobi Cornari assidui Isotæ admiratoris scriptis Tobiæ Burgi epistolam de Zeneveræ Isotæque laudibus cognitam habere testatus est.

Rursus etiam a nonnullis Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus sorores illud admoneri videmus ut ad se litteras dent, nulla alia puto de causa nisi quod etiam in laudando varietas eos delectabat et vix antea ut a doctis feminis laudarentur eis contigit. Zeneveræ litteræ — si quæ fuerunt — ætatem non tulerunt, sub Isotæ nomine duæ epistolæ innotuerunt, una quam Veronæ die XXIX. mensis Martii a. 1438 *Iuliano Cesarini* Cardinali celebratissimo, altera quam a. 1439[44] Venetiis *Francisco Condulmerio* Cardinali qui nuper Episcopus Veronensis electus est scripsit. In utraque autem epistola maxima eorum in Romanam Ecclesiam totumque orbem Christianum merita celebrat (Cardinali Condulmerio etiam de Episcopatu Veronensi adepto congratulatur) nec tamen omittit fratrem Leonardum eis commendare, qui totum religiosæ vitæ se dederat.

Eodem fere tempore (1437—38) Isotæ litteræ ad *Feltrinum Boiardum*[45] fidissimum Leonelli Estensis comitem et amicum scriptæ esse videntur, quæ cum alia desint indicia quibus quo tempore datæ sint elici possit,

fortasse iuvenum illorum epistolis Ferrariæ et Venetiis ad sorores scriptis subiungendæ sunt, — tum litteræ quas exeunte anno 1438 et ineunte anno 1439 *Nicolaus Barbus* patricius Venetus, qui non solum litteris sed etiam re publica administranda laudem sibi comparavit,[46] ad Isotam scripsit. Prioribus Nicolai litteris Isota iam Venetiis rescripsit, quo medio fere anno 1438 cum tota familia se contulit; alteris omnino non respondisse videtur, fortasse ea de causa, quia litterarum commercium inter homines in eadem urbe habitantes sane superfluum videri eis poterat. In causa autem, cur Isota cum matre, fratribus Antonio et Leonardo, sorore Bartholomæa eiusque marito Iacobo Lavagnola aliisque suis Venetias se contulisset, bellum erat, quod inter Venetos et Philippum Mariam Visconti Mediolanensium ducem exarserat, in quo Verona cum viciniis iterum iterumque pestilentiam aliasque graves calamitates perpessa est quodque Nogarolam familiam ut per tres fere annos exularet compulit.[47]

Inde ab hoc tempore iam ad Isotæ tantum litterarum studia animum attendere debemus.

Iam Antonii Cassarii litteras non ambabus sororibus, sed novo more soli Isotæ inscriptas esse vidimus; Zenevera enim, quæ medio fere anno 1438 Brunorio Gambaræ nobili viro Brixiano[48] nupserat, matrem et sororem non est Venetias comitata, sed maritum Brixiam secuta est neque amplius virorum doctorum cœtui se immiscuit. Marito, liberis,[49] pauperibus et egenis se totam devovit (Philippus Bergomensis longus est in extollendis summis eius virtutibus) moxque gaudiis curisque coniugii ab eo scribendi genere avocata est, quod paucis ante annis tam felici successu coluerat. Neque hoc mirum. Cum enim Damianus Burgus exeunte mense Novembri a. 1440 ad eam visendam cum Camerario Isotæ sororio in Pratalboinum amœnissimum Gambararum castellum apud lacum Benacum situm devertisset, vix cognovit eam, ita enim pristinum vultum pulcherrimum mutaverat. « Heu — inquit — quantum est mutata ab illa Zenebra, nitore cuius hebetebant lucentia sidera cæli! Non sunt amplius micantes oculi, non est frons læti cordis index, non flavi nec crispi florent circum tempora crines, non est

denique præter liventia labra decor ullus in ore. Non est insuper si tergum vertat, levis et nitida cervix nec eburnea colla, non est caro tenera, sed macies exesa.» Neque corpus tantum, animus quoque Zeneveræ a doloribus quibusdam qui nimis tecte a Damiano significantur misere vexabatur, quos nihil lenire potuit nisi dulcis puellæ garritus, quique ut haud ita multo post litteris omnino valediceret eam compulisse videntur. Quod nisi fecisset, vix minorem quam Isota soror laudem apud posteros consecuta esset neque evenisset, ut in tabulariis et bibliothecis, in quibus ceteroquin huius generis scriptores vix quisquam quærat, licet summum studium huic rei impenderimus vix tres quattuorve Zeneveræ litteræ [50] reperiri possent. Fragmentum epistolæ ad Ioannem Papiensem theologum scriptæ Mantuæ in Bibliotheca Marchionum Capilupi asservatur, epistolam ad Iacobum Foscarum de laudibus litterarum datam Londini inter codices Harleianos, binas tandem litteras ad Damianum Burgum scriptas ipsius Zeneveræ manu exaratas in tabulario Civitatis Veronæ repperimus, quibus recte

Guarinum de Zeneveræ indole iudicasse, cum eius litteras idem quo Isotæ litteræ conspicuæ essent scribendi genus præ se ferre diceret, perspicuum fit.

Tamen quod Gambararum nomen in historia litterarum Italicarum cum honore nominatur, aliqua ex parte etiam Zeneveræ debetur, quæ litterarum amorem feroci genti et a litterarum studio eo usque prorsus alienæ intulisse videtur, quo nepotes [50] Ubertus, Isota, Violante et Veronica, clarissima post Victoriam Colonnam Italiæ poetria, incensi erant.

Sororis dilectissimæ discessum quamvis ægerrime tulerit Isota, tamen scribendi rationem genusque hac de causa non mutavit; postea quoque per aliquantum temporis litteris tantum scribendis intenta fuisse videtur neque a priore consuetudine discessit nisi quod rariores ad amicos litteras dedit. Per totum tempus quod Venetiis degebat Isotæ cum uno tantum viro docto litterarum commercium intercessit, et huic quoque ut de sua in litteris scribendis neglegentia quereretur frequenter occasionem dedit. Hic Da-

mianus Burgus fidissimus Nogarolæ familiæ amicus erat,[52] qui cum suis per totum pestilentiæ bellique tempus Veronæ in patria remansit, unde frequenter ad Isotam aliosque qui Venetias aufugerant amicos litteras dedit.

Etenim modo conqueritur, quod Isotæ litteræ, quibus de fratris et filiolæ morte eum consolabatur, sibi redditæ non sint (Veronæ, XX. Aug. 1438), modo postquam Nogarolam familiam brevi tempore Veronam reversuram esse accepit, Isotam rogat, ut muneris loco, quod qui peregre abeunt inde cum redeunt amicis afferre solent, nonnulla e Vergiliano Servii commentario excerpat excerptaque secum afferat (Veronæ IV. Dec. 1438).

Contra spem tamen illi accidit, ut Isota etiam proximos duos annos Venetiis degeret. At ne huius quidem temporis desunt litteræ ipsius Damiani manu exaratæ. Die enim secundo mensis Ianuarii a. 1439[53] Isotæ commentarium cuiusdam civis Brixiensis de clara Brixiæ obsidione misit, cuius emendandi et in formam paulo elegantiorem redigendi cura ab Andrea Mocenigo nobili viro et egregio

militum duce[54] Damiano nostro demandata est, qui quin huic negotio perficiendo impar fuerit nemo dubitabit qui eius litteras oratione minime eleganti scriptas inspexerit. Et cum brevi post Isotæ litteras laudibus plenas in manus sumpsisset, præ gaudio se quidquid scripturus esset semper Isotæ missurum esse pollicebatur, ut eius observationibus suo tempore uti posset. Addit quædam de præmaturo uxoris partu, de infirma valetudine infantis, de aliis rebus domesticis (Veronæ, XXVIII. Ian. 1439). In aliis autem litteris Isotam obiurgat, quod neglectis probatis amicis tantum bellis iuvenibus Venetis aures præbeat (Veronæ Kal. Apr. 1439), nec dubitari potest, quin Venetiis quoque multos procos habuerit Isota, quæ his temporibus quantum non solum ingenio sed corporis quoque venustate ceteris eiusdem ætatis virginibus antecelluerit e Iacobi Lavagnolæ litteris supra laudatis satis apparere credo. Quod si nihilominus Damiani suspicionem vanam fuisse nobis persuademus nemo nos vituperabit, qui in Isotæ litteris, quarum non parvus extat numerus, nihil quo

amore erga viros eam unquam arsisse probari posset legi consideraverit, quamquam ardentissimæ amicitiæ verbis haud dubie refertæ erant litteræ quas ad Ludovicum Fuscarenum dedit. Solum de Andrea Contrario Veneto sacerdote nonnulli recentiores suspicati sunt Isotam eius amore captam esse, at constat litteras quibus hæc coniectura nitebatur non ab Isota Nogarola, sed a Mai.[a] quadam Isota scriptas esse, quæ circa a. 1462 in monasterio prope Florentiam educata erat, unde frequenter ad Andream Contrarium, qui tum prope sexaginta annos natus erat, litteras amatorie scriptas dedit.[55] Quam maxime igitur probabile est, Damiani suspicionem vanam fuisse et ad alteram epistolam, quam Veronæ die V. mensis Maii a. 1439 de eadem re ad Isotam scripsit, Damiano ita responsum esse, ut hanc suspicionem prorsus omitteret. Nunquam enim in litteris posthac scriptis Isotam hac suspicione persequitur, sed modo gratias ei agit quod de amici infirmitate gravissima condoluerit (Veronæ, X. Sept. 1439), modo conqueritur, quod laudibus suis non glorietur, quin etiam

se eis ludificari credat (Veronæ, XXI. Nov. 1439). Iam porro mense Aprili anni 1440 Damianus cum uxore Venetiis nescimus qua de causa morabatur, sed cum Nogarola familia Patavium fortasse ad propinquos visendos abscessisset, ne tum quidem mutuum litterarum commercium cessavit. Extant enim Damiani litteræ Venetiis die XIX. mensis Aprilis ad Isotam scriptæ, quibus queritur, quod ex quo Venetias venisset bis terque quaterque ad eam scripserit sed ne semel quidem sibi responsum sit. Qua de causa statuit Patavium se conferre, ut amicam expergefaceret et ad scribendum viva oratione cohortaretur. Quod consilium num exsecutus sit, sane ignoramus, sed Damianum antequam in patriam reverteretur cum Isota collocutum esse ex litteris pridie Kalendas Decembres a. 1440 Veronæ ad Isotam iterum Venetiis commorantem scriptis apparet, in quibus præterea multa eaque lectu dignissima de itinere circa lacum Benacum suscepto et de Zenevera leguntur, quorum partem iam supra, ubi de Zenevera verba feceramus, rettulimus.

De litteris ab Isota ad Damianum scriptis,

ex quarum numero septenæ ætatem tulerunt, nihil hucusque diximus, cum multo minus notatu dignæ nobis viderentur. Vix enim potest dubitari, quin prorsus alio quam Damiani litteræ consilio scriptæ sint. Cum enim Damianus amicam absentem de rebus novis certiorem facere studeret et omnium quæ suum animum agitabant participem fieri vellet, Isota inprimis id egisse videtur, ut viris doctis quibus has litteras magis quam Damiano destinavit perpolita oratione sententiisque elegantibus placeret, neque casu tantum factum esse videtur, ut Isotæ litteræ in tribus codicibus extarent, Damiani autem litteras non nisi ex ipsis autographis cognitas haberemus.[56] Ex Isotæ epistolis vix unam alteramve cum gravioribus Damiani litteris comparare possumus, eam, in qua Damiani commentarium de obsidione Brixiana laudat, et fortasse eam quoque, in qua in laudes carminum evehitur, quæ Eusebius, Damiani filius, ad eam scripserat, et in qua etiam aliorum utrique familiarium meminit (Venetiis, III. Dec. 1439). Ceteræ Isotæ epistolæ ita sunt sententiis in univer-

sum dictis et locis communibus refertæ, ut eas ex cuiusvis generis Epistolarum Formulis depromptas esse putare possis. Damiani enim familiaritas quanti a se æstimetur, binis litteris declarat; aliis litteris se de scribendi tarditate eo excusat, quod nihil habeat de quo ad virum ita gravem scribere possit. In aliis rursus litteris Damiani sententiam impugnat, feminas multo quam viros loquaciores esse, contra quam demonstrare conatur, feminas non loquacitate, sed vera eloquentia et omnibus aliis virtutibus præstare. Denique Damianum de morte fratris et filiolæ consolatur (Venetiis, X. Sept. 1438) et exemplis ex scriptoribus ecclesiasticis et ex Cicerone sumptis probat mortuos non magis quam qui vita adhuc fruantur dolendos esse, qua de causa se immerito a Damiano vituperari dicit, quod eum hortata sit, ut suorum mortem semper deflere desineret.

Ineunte anno 1441 Nogarola familia Veronam reversa esse videtur. Cum enim Damianus Burgus litteris die XIX. mensis Ianuarii a. 1441 ad Isotam scriptis iterum ut tandem in patriam recederent eos hortatus esset, et

prioribus eiusdem Damiani litteris de rerum statu ut illis temporibus Veronæ satis tranquillo certiores facti essent, cumque eo consilium et preces Camerarii, Isotæ sororii, haud dubie accederent, exeunte mense Ianuario vel ineunte Februario, non postea, in patriam reversi sunt. Nam si adhuc Venetiis audivissent Nicolaum Picinninum hostium ducem die XIII. mensis Februarii contra spem omnium iterum arma sumpsisse et Franciscum Sfortiam apud Brixiam pugna devicisse, vix Veronam reversi essent, ubi quottidie hostium impetum timere debebant. Neque tamen cur mutati domicilii eos pœniteret, ulla causa eis data est, nam Mars patriæ urbi in extrema belli parte pepercit et post unicum prœlium memorabile quod eo anno accidit apud Cignanum die XXV. mensis Iunii a. 1441 commissum mox de pace agi cœptum est, quæ demum mense Novembri eiusdem anni convenit.

Ex quo tempore Nogarola familia in patriam rediit novus, ut ita dicam, ab Isota rerum ad vitam eius pertinentium ordo nascitur, quandoquidem eam neglectis veteribus amicis

et commercio litterarum intermisso totam litterarum sacrarum studio deditam videmus. Quæ mutatio satis inexpectata, licet antea etiam Isotam et Zeneveram sacris litteris operam dedisse constet, qua ratione quibusque modis explicanda sit, quærendum est. Sed cum Damiani suspicionem, Isotam Veneti cuiusdam iuvenis amore a litteris frequenter scribendis abductam esse, supra iam gravibus causis commoti missam fecerimus, qua de causa ne hoc quidem suspicari licet, eam infelici amore contristatam in theologiæ studio malorum consolationem quæsivisse, cumque vel Zeneveræ, sororis dilectissimæ absentia eam ut studiorum rationem mutaret impellere nequiverit, hoc solum iam superest, ut Isota se frustra eo usque laboravisse intellexerit et spretis huius mundi vanitatibus potius ad misericordiæ opera et ad sacrarum litterarum studia nunquam prorsus intermissa se totis viribus converterit. Quam suspicionem non ita accipi velim, ac si Isotæ carmina aliaque opera ea laude qua a summis illius ætatis viris extollebantur indigna sint. Quæ si nobis non uno nomine displicere possunt,

quod nimirum eadem res eisdem verbis prolata frequenter in eis occurrat et eadem fere scripserit ad omnes viros dignitate vel doctrina præstantes et ad iuvenes bonarum litterarum studio deditos — illos enim semper laudibus prosequitur, hos ad litterarum studium hortatur — non Isotæ ingenium, quod summis laudibus ab omnibus celebratum esse vidimus, sed sexus potius culpandus est, qui eam in publicum prodire vetuit et quominus epistolas non solum scribendi elegantia sed rerum quoque ponderibus lectione dignas exararet prohibuit. Accedebat, quod postquam Veronam reversa est vix ad quem litteras daret habebat. Nam cum viri gravissimi, Franciscus et Hermolaus Barbarus, Guarinus Veronensis, Iacobus Foscarus, Antonius Bonromeus, Feltrinus Boiardus, Iulianus Cesarini et Franciscus Condulmerius eam non adhortati sint ut amplius ad se litteras daret, neque eam valde delectasse videantur iuvenum studiosorum, Hieronymi Guarini, Tobiæ Burgi, Nicolai Venerii, Nicolai Barbi litteræ, iam paucis mensibus postquam Venetias accesserat

eam tantum Damiano Burgo eiusque filio Eusebio raro sane litteras dare videmus. Et cum post reditum in patriam ne his quidem ut scriberet ulla sibi obvenisset necessitas et cum aliis quoque viris doctis, Ludovico Cendrata, Iacobo Lavagnola, Georgio Bevilacqua et fortasse etiam cum Francisco Barbaro, qui a. 1441 per aliquot menses urbem Veronæ rexit, coram sermonem habere posset, studiorum ratione mutata fratris Leonardi vestigiis incedens sacris potius quam profanis scriptoribus se dedit. Quorum lectione quo magis imbuebatur, eo firmius apud animum statuit deliciis vitæ spretis dei cultui bonisque misericordiæ operibus se totam dare. Quamquam fratres et mater frustra ei persuadebant, ut alicui e virorum nobilium turba, qui eam uxorem ducere volebant, nuberet, Isota virginitatem præoptavit, quo consilio plus etiam apud æquales laudis quam olim epistolis elegantissimis et carminibus tersissimis adepta est. Etiam Marius Philelphus in carmine quo Isotæ laudes celebrandas sibi proposuit[57] longissimus est in hoc consilio laudando.

Nec tamen mirari possumus, quod huius inopinatæ sane mutationis fama non statim ad omnes pervenit, qui Isotæ admiratione capti erant, et quod nonnulli etiam post eius reditum in patriam tales litteras leves ad eam dederunt, quales multas ab ea scriptas esse inter omnes tum constabat. Inter annum 1442 et 1444 Constantia Varaneia,[58] quæ a. 1444 Alexandro Sfortiæ Pisauri principi nupsit, carmen et litteras laudibus plenas ad Isotam dedit. Et cum decem fere annis post Andreæ Contrario[59] Romæ codex in quo plurimæ collectæ erant Isotæ epistolæ legendus oblatus esset, tanta virginis admiratione captus est, ut statim litteris scriptis de egregiæ indolis testimoniis ei congratularetur. Sed hæc omnia Isotæ consilium non potuerunt labefactare. Etiamsi Constantiæ et Contrarii epistolis respondit — quod num fecerit ignoramus — tamen noluit ea quæ responderat epistolis in unum collectis inserere.

Multo magis credo eam eis litteris delectatam esse, quas a Lauro Quirino celebratissimo professore Patavino circa medium hoc sæculum[60] accepisset, quibus quomodo in

philosophiæ studio procedendum esset, optima consilia continebantur. Quæ Laurus suadente Leonardo Nogarola id temporis Patavii philosophiæ operam navante Isotæ dedit, de cuius præclaris laudibus multa iam audierat. Inprimis autem eam hortatur, ut novos dialecticos fugiat, qui Aristotelem partim ob inscitiam negligunt, partim ubi eum commentari temere aggrediuntur obumbrant potius et implicant quam lucidum reddunt et explicant. His explosis potius Boetii tractatus omnes quos in arte dialectica confecit et commentarios legat, quos in Aristotelis Categoria et librum περὶ ἑρμηνείας edidit. Postea vero quam dialecticam perdidicerit, Aristotelis Moralia accurate legat, denique absoluta ea philosophiæ parte, quæ in humanis rebus versetur, alteram philosophiæ partem aggrediatur, quæ ex disciplinis mathematicis, ex philosophia naturali et ex metaphysica constet. Cuius notitiam spretis noviciis illis philosophis quas supra significavimus ex Arabicis philosophis, qui propius ad Græcos accedunt, ex Averroi præsertim, Avicenna et Algazeli Isota conse-

qui debebat, cum Græcæ linguæ ignara ad Græcos fontes progredi non posset et Aristotelicorum operum versio, quam Laurus parabat, nondum lucem vidisset. Thomam Aquinatem autem eum esse quo duce ac rectore Aristoteles et Averrois facillime intellegi possint et Ciceronem continuum eorum qui philosophiæ studio incumbant pabulum esse debere, facili negotio intellegitur.

Anno 1450 iubileo Isota ad tempus a studio philosophiæ et theologiæ avocata esse videtur. Eo enim anno cum plurimis viris feminisque pietate insignibus Romam se contulit,[61] ut ad apostolorum limina piis precibus Deum Omnipotentem adoraret. Ubi præcipuo fortunæ beneficio ei contigit ut apud Nicolaum Quintum Pontificem Maximum summa cum omnium qui aderant admiratione loqueretur. Quod qua occasione factum sit traditum non est, hoc autem suspicari licet eam cum aliis nonnullis ad Summum Pontificem admissam omnium Christifidelium erga Summum Pontificem amorem et venerationem significasse oratione sine dubio

quam maxime elaborata, cum virum eruditissimum in Petri solio sedere haud ignoraret.

Quæ quidem oratio quod ætatem non tulit, sane summopere est dolendum. Meliore autem fortuna usum est aliud Isotæ opus, quo uno quantum Isota in theologiæ studio profecerit iudicare possumus. Namque de dialogo, quo utrum Adam an Eva magis peccavisset inter Isotam et Ludovicum Fuscarenum disceptabatur, me loqui nemo nescit. Anno enim 1451 Ludovicus Fuscarenus patricius Venetus, utriusque iuris et artium doctor, cuius opera res publica Veneta sæpissime in urbibus suæ dicioni subiectis administrandis et in legationibus gravissimis utebatur, Veronam prætor missus est, qua in urbe per integrum annum civibus summopere approbantibus supremum magistratum gessit. Qui cum ubique non solum viri in re publica versatissimi verum etiam doctissimi[62] fama fruitus sit, mirari non possumus, quod Isota, quæ a fide dignis testibus acceperat, Ludovicum optime de se ipsa sentire, non diu cunctata est, quin abiecta

verecundia, quam in epistolis scribendis per annos proxime præteritos semper habuerat, litteras laudibus plenas ad Fuscarenum daret et quantopere eum coleret omnibus patefaceret. Multo etiam minus mirabimur, quod Fuscarenus occasionem oblatam cupide amplexus est ut in mulieris doctissimæ familiaritatem veniret, qua præturam Veronensem iucundiorem evasuram esse suo iure sperare potuerat. Neque hæc spes eum fefellit. Testes enim sunt epistolæ quam plurimæ quas e Brixia præsertim, ubi a. 1453 prætura functus est, ad Isotam scripsit, testis est dialogus supra laudatus, insigne amicitiæ quæ inter feminam eruditissimam et virum nobilissimum intercessit monumentum.

Qui dialogus qua occasione habitus sit non habeo prorsus exploratum. Quod in inscriptione epistolæ ab Isota initio anni 1451 ad Fuscarenum scriptæ secundum codicem Veronensem hæc epistola occasionem ad contentionem de Adæ et Evæ peccato excitandam obtulisse commemoratur, non multum ponderis habet, neque in

litteris quibusdam a Fuscareno a. 1453 Brixiæ ad Isotam datis (vol. II. p. 120—122) litem illam tecte significari certa esse videtur suspicio. Quare cum in codice epistolari Ludovici Fuscareni epistolæ quas ex urbe Brixia ad Isotam scripsit omnes collectæ esse videantur neque hæc contentio post Ludovici præturam Brixianam fieri potuisset, quo tempore Isotæ et Ludovici amicitia aliquantum refrixit, Veronæ potius contentio illa de Adæ et Evæ peccato acta esse videtur.

In colloquiis igitur familiaribus, quæ frequenter inter eos habebantur, sermo fortasse incidit de his Sancti Augustini de Ada et Eva verbis: Peccaverunt impari sexu sed pari fastu. Quæ neque Isotæ nec Fuscareni assensum tulerunt, cum illa Evam, hic Adam ab omni culpa liberari posse persuasum haberent. Sed cum quæstio gravior videretur, quam quæ inter colloquia solvi posset, litteris sua argumenta incluserunt, ex quibus postea Isota ea quæ ad rem facere videbantur omissis litterarum inscriptionibus dialogum quendam simplicem et sine arte

elaboratum confecit.[63] In quo quæ utrinque ad sententiam defendendam prolata sunt omnia lectoribus exponere longum est. Quare pauca argumenta gravissima referre sufficiat.

Fuscarenus igitur Evam magis peccasse contendit, quæ virum seduxisset et a deo iustissimo graviore pœna affecta esset, cum Adam eo saltem excusari posset, quod a socia amatissima seductus esset. Contra Isota attulit, non esse mirum, quod Eva, cuius minor constantia et prudentia quam Adæ fuisset, diabolo astutissimo succubuisset, item quod Eva sibi soli, Adam toti generi humano nocuisset; nam si Adam non peccasset, non futurum esse ut omnes damnaremur. Quod autem Fuscarenus obiecit, ignorantiam et inconstantiam eorum quæ scire deberemus non esse excusationem præsertim in Eva, cuius ignorantia ex arrogantia processisset, Isota verum hoc esse in universum quidem concessit, sed non in Eva, cuius ignorantia inconstantiaque a natura vel potius a deo ipso ei insita esset.

Tandem aliis utrinque argumentis pro-

latis Fuscarenus nonnulla ex eis quæ attulerat ab Isota prorsus refutata esse concessit, alia paulum mutavit, in universum autem quæ prius statuerat ea firmiter asseverabat. Ad quæ Isota nihil respondit. Sed cum omnia fere argumenta utrinque ita prolata essent ut non sine fructu quæ in diversam sententiam disputata essent legi posse sibi persuaderent, cum omnibus sacrarum litterarum studiosis eas quas de hac quæstione mutuas sibi dederant litteras communicare statuerunt. Edendi autem laborem Isota suscepit eiusque fructus sola fere cepit. Matthæus Bossus enim, ex quo Philippus Bergomensis sua sumpsit, in epistola non ita multo post habitum dialogum ad Isotam scripta contentionem illam cum voluptate sacra se perlegisse testatur sibique illud præsertim placuisse, quod Isota recenti cum theologia, quæ ornamento careret, cultum eloquentiamque iunxisset. Qui quæ æqualium de Isotæ dialogo fuisset sententia dixisse videtur.[64] Tamen hic dialogus omnium laude celebratus fortasse adhuc ineditus bibliothecarum tenebris teneretur, nisi altera sæculi sexti

decimi parte singulari quodam casu in lucem protractus esset. Anno enim 1562 mense Septembri Bernardus Naugerius Cardinalis Veronensis Episcopus creatus est annoque sequenti 1563 die nono mensis Decembris Veronam urbem intravit, cui cum etiam Franciscus Nogarola de novo dignitatis gradu gratulandum esse censuisset, ne vacuis manibus ad Episcopum accederet Isotæ dialogum typis Aldinis imprimendum curavit et editionem principem amplissimi Cardinalis nomini dedicavit. Quod quo præsertim consilio fecerit, ex epistola dedicatoria Veronæ Kalendis Decembribus ad Cardinalem data apparet, in qua cur Cardinali gratularetur eam etiam causam sibi præsto fuisse refert, quod etiam maiores suos perveterem fidem suam atque observantiam erga clarissimam Naugeriam familiam testatam aliquando reliquisse meminerat.

Et sane non sine maxima admiratione legimus in dialogi editione Aldina præter Leonardum Isotæ fratrem theologum præstantissimum, qui Fuscareni locum occupat, unum e Cardinalis Bernardi maio-

ribus, Ioannem Naugerium tertias partes agere, quem a. 1425 Veronæ præturam gessisse constat. Dialogus autem in castro Azzani haud procul a Verona sito habetur, cuius nulla in Isotæ dialogo, qualem e libris manuscriptis novimus, mentio extat. In re ipsa autem vix quidquam discriminis inter utramque dialogi recensionem intercedit; argumenta enim quæ ab Isota et Fuscareno prolata esse supra vidimus eisdem fere verbis omnia etiam in editione Aldina expressa inveniuntur. Unum tamen quod cum laude animadvertatur dignum est, iustam conclusionem, qua in germana dialogi editione omnes qui in subtilibus dialecticorum theologorumque quæstionibus minus versati sunt ægre carent, non deesse in editione Aldina, in qua ne omnes quantum argumentis utrinque prolatis tribuendum esset ignorarent, Ioannes Naugerius hac conclusione effecit: «Dicemus itaque peccatum Adæ secundum personæ conditionem fuisse gravius Evæ peccato, quia Adam erat perfectior: secundum vero genus peccati fuisse æquale, quia utriusque peccatum

fuit superbia, at secundum speciem superbiæ mulier gravius peccavit, tum quia etiam maior fuit elatio mulieris quam viri, tum quia mulier non solum ipsa peccavit, sed viro etiam suggessit, quare peccavit in deum et in hominem.»

Quæ ratio inter utramque dialogi recensionem intercedat, nunc quæritur. Sed verum vidit iam Scipio Maffei, qui in Verona Illustrata (vol. II III p. 96) Franciscum Comitem Nogarolam dialogum ab Isota ex suis ipsius et Fuscareni litteris compositum eo consilio perpolivisse et mutavisse dixit, ut Ioanne Naugerio in societatem dialogi assumpto gratius fieret munusculum litterarium Bernardo Naugerio oblatum. Quæ sententia quin omnibus numeris recte se habeat nemo dubitabit, qui consideraverit Ioannem Naugerium primum a. 1425, quo tempore Isota vix septem annos nata erat, tum per paucos menses a. 1434[65] prætura Veronensi functum esse, quo tempore Isota sacris litteris parum tantum studii impenderat, — Leonardum a Ioanne Naugerio pluries Protonotarii nomine appellari, in quorum collegium post

Isotæ mortem demum Sixto Quarto Pontifice Maximo (1471—1484) receptus est, denique Matthæo Bosso, qui inter annum 1451 et 1456 Isotæ de altercatione *nuper* cum Ludovico Fuscareno urbis Veronæ prætore habita gratulabatur, nihil de altera dialogi recensione innotuisse. Quare vix potest dubitari, quin codices qui Aldinam dialogi recensionem exhiberent ex ipsa editione Aldina descripti sint.[66]

Idem quod Isotæ et Fuscareni de Adæ et Evæ peccato contentioni accidit, ut a Francisco Nogarola interpolaretur, idem accidisse videtur Elegiæ «De laudibus Cyanei ruris» quæ sub Isotæ nomine in calce editionis Aldinæ et in codicibus qui ex hac editione fluxerunt legitur.[67] In qua cum poeta Castrum Azzani, quod Cyaneum rus poetico nomine vocat, a Cyane Nympha, Proserpinæ socia, quæ Proserpinæ raptu perterrita tota fere Italia peragrata tandem hic fessa consederit, nomen accepisse canit, ipsum familiæ Nogarolæ amœnissimum rusculum digno præconio celebrat, quod Gonzagæ, Mantuæ principis, Ioviani Pontani et Ioannis Naugerii

hospitio illustratum sit. Ubi cum ea quæ de Ioanne Naugerio dicta sunt ad Aldinam dialogi recensionem spectent, totam elegiam, quæ tantum in Aldina editione eiusque apographis servata sit, a Francisco Nogarola, qui a Sansovino poeta haud spernendus vocatur,[68] compositam esse fortasse aliquis suspicabitur. Atsi reputaverimus Isotam a poetica minime abhorruisse[69] et etiam dialogi recensionem Aldinam a Francisco Nogarola tantum interpolatam, non prorsus fictam esse consideraverimus, fortasse malemus hanc elegiam Isotæ carmen a Francisco Nogarola versibus nonnullis ad Ioannis Naugerii laudem conditis auctum putare quam totam ab Isota abiudicare, præsertim cum vix probabile sit Ioviani Pontani et Gonzagæ, sive Ioannes Franciscus Gonzaga (1395—1444) is fuerit sive Ludovicus III. huius filius, quos ambos bonis litteris favisse constat, in Castro Azzani commorationem omnino fictam esse.

Sed ad Ludovicum Fuscarenum iam nostra revertatur oratio. Fuscarenus igitur a. 1451 præturam, a. 1456 præfecturam Veronensem gessit, a. 1453 Brixiam rexit, a.

1455. 58. et 60 Romam, a. 1459 Mantuam, a. 1461 Utinum, a. 1466 Patavium modo orator modo prætor missus est, nusquam tamen amicæ doctissimæ oblitus est, ad quam Brixiæ dum prætoris officio fungebatur multas dedit litteras. Dolendum sane est, quod Isotæ litteræ quibus amico responderat omnes perierunt et quod Fuscareni etiam litteræ in uno tantum codice satis mendose scripto ætatem tulerunt. Sed quamquam res ita se habet, tamen qualis fuerit mutuus Fuscareni et Isotæ amor, lucide apparet.

Isota amico devotissimo sine ulla dubitatione mulier perfectissima visa est, cuius virtutes quanti æstimavisset, luculenter exposuit in epistola lectione sane dignissima ad Isotam de eius laudibus scripta.[70] Idem Isotæ amor in aliis Fuscareni litteris cernitur, in quibus se contra Isotæ criminationem, quod raro tantum ad eam scriberet, defendit vel mortem Traiani medici dolet, cuius consilio Isota valetudine propter assidua studia admodum infirma usa carere vix possit, vel sæcularium negotiorum tædio

captus Isotæ tranquillum vivendi rationem sequi ardentissime cupit. Cum autem initio anni 1453 Brixiam, ubi magistratus sibi ineundus erat, contendens Veronæ aliquamdiu commoraretur et Nogarolarum fratrum hospitio lautissimo uteretur, eorum memoriam quæ ibi de religione, de animorum immortalitate, de Isotæ ægritudine et vitæ contemptu usque ad extremum noctis tempus præsente Antonio Isotæ fratre collocuti sunt, ne festivissimi quidem quibus Brixiæ acceptus est ludi et convivia ex eius animo evellere potuerunt.

Neque vero minore Isota erga Fuscarenum amore ardebat. Cum hic enim ei obiecisset quod se fictis criminibus persequeretur, «afflicta iacens lamentabili voce tantam iniuriam deflebat vixque ad eam per multos dies conclavi clausam pia mater accedere poterat, ut tandem gelida aqua eam reficeret». Et cum mense Septembri a. 1453 Iacobus Lavagnola Bartholomeæ Isotæ sororis maritus Romæ, ubi præclare de coniuratione Stephani Porcari opprimenda meritus est, obiisset, eum oravit, ut relicta

provincia ad ipsam advolaret, ut eius conspectu luctus gravissimus levaretur.

Iure igitur Fuscarenus dicere potuit se iam non pro alieno esse, sed unum ex Nogarolis factum esse. Et optimum sane familiæ amicum se præstitit in lite illa, qua a. 1453 concordissima ceteroquin familia dirempta est. Eo enim anno inter fratres de divisione opum, quas a patre iamdudum defuncto hereditate acceperant actum est, in qua divisione cum inter se maxime dissentirent in eo tantum nescimus quo insano furore impulsi consentiebant, matrem optimam et Isotam sororem ex hereditate excludendas esse. Cuius rei fama cum ad Fuscareni aures pervenisset, statim constituit omnia experiri, ut fratres, quos et ipsos amabat colebatque, ab impio inceptu revocaret. Scripsit ergo ad Belpetrum Manelmam, ne vellet Leonardum generum in severiore sententia persistere. Scripsit etiam ad Damianum Burgum, probatum Nogarolæ familiæ amicum, eumque etiam Zeneveræ Brunoriique Gambaræ nomine orabat, ut fratrum lites componeret. Denique ipsam Isotam, quæ primum nuntium de fratrum

litibus ad eum miserat, exoravit, ut fratrum discordias sedaret, et inprimis ne in ius res vocaretur obniteretur, nam simulac in ius vocati essent, omnia iuris consultorum arbitrio esse gerenda, qui suorum ipsorum potius quam litigantium commodo consulturi essent. Et si nullo alio modo lites componere posset, potius sua proderet, ut fratrum caritatem servaret, nec egestatem timeret, quoniam deus non relicturus esset in se sperantes. Omnino autem caveret, ne ad causas in medias populorum turbas traheretur, nam si neglectis cælestibus, derelictis supernis ad terrestria se convertisset, futurum esse ut sua admiratio longissimo labore parta derideretur utque omnes feminæ, quæ eam imitari non potuissent, ei maledicerent. Quod consilium num Isota secuta sit parum constat, nec tamen ut id sequeretur necesse factum esse videtur, cum sententia arbitrii die XVI. mensis Octobris a. 1453 lata[71] matrem et sororem piissimam contra fratrum cupiditatem ita defendisse videatur, ut nunquam postea tales lites eis timendæ essent. In reliquis enim Fuscareni litteris exeunte

eodem anno scriptis nihil iam de hac lite legimus; adde quod Isotam nonnullis annis post in domo Ludovici fratris habitasse constat,[72] quem haud improbabili coniectura minus quam fratres in ea lite contra matrem sororemque deliquisse putamus, qua de causa etiam heres ab asse una cum sorore Isota a matre factus est testamento a. 1457 scripto, in quo de reliquis fratribus Antonio et Leonardo vix fit mentio.

Deposito vero magistratu Ludovicus Fuscarenus in patriam reversurus paululum Veronæ substitit et iteratis Isotæ precibus obsecutus quamquam apud Episcopum se deversurum esse iam promiserat iterum Nogarolarum fratrum hospitio usus est. Ubi quantum gaudium ex Isotæ sermonibus perceperit, magis videre licet in litteris, quas paulo post discessum ex urbe Verona fortasse iam Venetiis ad eam scripsit, in quibus paradisi quandam degustationem sibi attulisse quæ in Isotæ cellula vidisset religiosi animi signa testatur, quamquam ægerrime se tulisse fatetur, quod cum Isotæ fratres omni eum luxu et apparatu regio honoravissent, ipsa sola orationes

et litteras suas illi non aperuisset nisi eas quæ vulgatissimæ essent.

Eis autem annis, qui Fuscareni præturam Brixianam secuti sunt, arctissimum Isotæ et Fuscareni amicitiæ vinculum paulo laxius factum esse cernimus,quod sine dubio propter magnum locorum intervallum, quod nonnihil quominus invicem litteras darent acciperentque obstitit, evenit. Casu autem sine dubio factum est ut ne ex anno 1456 quidem, quo Fuscarenus præfectura Veronensi functus est, ullum extaret monumentum, quo veterem amicitiam reconciliatam esse probaretur. Nam etiam intra postremos decem vel tredecim annos, quibus Isota inter vivos versabatur, epistolarum commercium inter Isotam et Fuscarenum non prorsus intermissum esse ex nonnullis Fuscareni litteris apparet. Extant enim litteræ, quas Fuscarenus Utini, ubi a. 1461 magistratu fungebatur, in negotiis virginis cuiusdam, quæ qualia fuerint, ignoramus, ad Isotam scripsit; extat epistola quædam die XX. mensis Martii anno haud dubie 1466 ad Isotam scripta (nam hoc anno Fuscarenus Malpagam, unde hæc epistola data est, a summo

Venetiarum magistratu missus est), ex qua Fuscarenum cum Isota medio fere mense Martio a. 1466 non ita multis ante Isotæ mortem diebus Veronæ collocutum esse discimus. Constat denique ex Fuscareni litteris ad Damianum Burgum a. 1461 datis, Isotam, quæ post infelicem mortem genetricis dulcissimæ[73] una cum Damiano Venetias se contulerat, ut ibi a luctu et mærore paululum requiesceret, a Fuscareno instanter sollicitatam esse, ut eorum quæ promisisset memor Utinum se conferret et in domo Fuscarena mærore se levare conaretur.

Ex his aliisque Fuscareni litteris accuratam nobis fingere licet imaginem, qualis Isotæ post reditum in patriam et post absolutum de Adæ et Evæ peccato dialogum fuerit vitæ et scribendi ratio. Picturæ quæ sanctos referebant, vela arte elaboratissima crucibus et beatorum imaginibus insignita unicum erant cellulæ eius ornamentum, ipsa nulla imbecillioris valetudinis cura gesta infirmis curandis, pauperibus sublevandis, orationi, sacris meditationibus et sacrarum litterarum studio totam se dedidit et omnibus sæcularibus

curis abiectis soli Christo et futuræ post mortem vitæ vixit. Neque iam ut eleganti leviorum epistolarum scribendi ratione doctorum virorum plausum excitaret, curavit; etiam Fuscareno, quocum solo illi litterarum commercium intercessit non eo consilio scripsit, ut apud posteros laudem sibi quæreret, sed ut iucunda simul et salutari viri consuetudine uteretur, qui quantopere sacrarum litterarum studio sanctaque vitæ ratione delectaretur cognitum habebat. Quod si Fuscarenus etiam a. 1453 peritissimorum virorum litteras ex variis diversissimisque locis ad Isotam deferri et eius responsiones avidius quam olim Sibyllarum consilia expectari et proferri testatur, hoc ad Isotæ adolescentiam spectare videtur, nec quod Isota eodem ipso anno non solum litteris sed etiam carmine scripto Fuscarenum ut Veronam veniret commovere voluit, levis animi esse credemus.

Semel tantum Isota prior ad aliquem litteras dedit. Sed hic non levis sæcularium litterarum sectator, verum theologus et sacerdos gravissimus, Matthæus Bossus, Canonicus

Veronensis erat, qui magis etiam quam Isota austeris Christianæ religionis legibus deditus esse videtur. Nam quamquam ipse in litteris inter a. 1451 et 1456 ad Isotam datis testatur, se adhuc parvulum sæpe e ludo litterario ad Isotam ivisse, cum ea et cum nobilissima matre nugatum esse, et in eius libraria cella assedisse, ubi dulces hymnos et psalmorum numeros eam suave canentem lætus audiverit, tunc tamen ad religiosam vitam habitumque conversus veritus est invitationi feminæ doctissimæ obsequi, cum divum Hieronymum optime scripsisse persuasum haberet: nihil esse periculosius viro quam mulierem, nihil mulieri quam virum, utrumque paleam, utrumque ignem esse.[74]

Eodem fere tempore Isota facere non potuit quin cuiusdam viri docti precibus minus faciles aures præberet. Anno enim 1453 Antonius Cugnanus Isotam litteris sine dubio perhumaniter scriptis rogavit ut suam de matrimonio sententiam sibi rescriberet. Cuius cum precibus Isota, quæ ingrati et superbi animi crimen incurrere noluit, annuendum esse censuisset, sententia iam in chartas con-

iecta primum Ludovicum Fuscarenum consulendum esse duxit eumque quid de toto negotio sentiret rogavit. Qui haud cunctatus libere quæ sentiret proferre improbavit quod Isota re nuptias contempsisset, magnificavisset scriptis ornatissimis et gravissimis, quæ si a Zenevera sorore, quæ nuptias novisset, edita essent, summa gloria efferri opportuisse, at sanctissimæ eius vitæ institutioni minime convenire. Probavit igitur Isota prudentissimum amici consilium maluitque litteris Antonii Cugnani licet humanissimis non respondere quam contra decorem muliebrem peccare.

Quod non debebat vereri in aliis quæ eodem anno scripsit operibus, orationem dico de laudibus divi Hieronymi habitam et epistolam, qua novo Episcopo Veronensi gratulata est.

Die enim V. mensis Septembris a. 1453 vita functus est Franciscus Condulmerius Cardinalis,[75] qui inde ab a. 1439 Veronensem ecclesiam rexit, eiusque successor die XVI. mensis Novembris eiusdem anni Hermolaus Barbarus electus est.

idem cui Isota ante viginti fere annos de adepta Apostolici Protonotarii dignitate congratulata erat. Qua de causa non mirabimur, quod Isota viro eminentissimo, quem Nogarolæ familiæ optimum patronum, sibi ipsi gratissimum amicum futurum esse suo iure sperare potuit, statim ubi Veronam tota civitate plaudente ingressus est,[76] epistolam, sive codices et Fuscarenum secutus orationem mavis dicere, scripsit, quam Ludovicus Fuscarenus in litteris ad Isotam datis illustri nomine dignissimam esse iudicavit neque dubitavit quin eam novus Episcopus omnibus insignibus, omnibus triumphis, omnibus pontificatibus suis antepositurus esset. Neque Isotam spes, quam de Hermolao Barbaro habuerat, fefellit. Nam firmam tempore progrediente inter feminam doctissimam et Episcopum eruditissimum contractam esse amicitiam inde concludere licet, quod decennio fere exacto a. 1464 Hermolaus Barbarus Apologiam, qua nonnullorum ingratorum civium odium repressit, Isotæ nomini dedicavit.[77] Qua in re Pauli Maffei Canonici Veronensis exemplum secutus est, qui circa medium

hoc sæculum opus nescio quod Isotæ dedicavit.[78]

Altera Isotæ oratio ab ea, quam ad Hermolaum scripsit, admodum diversa est, nam non involucro inclusa illi ad quem pertinebat missa est, sed re vera in magna auditorum frequentia habita esse videtur. Quibus etiam pater Victor de Rosatis interfuit, quo suadente Isota de divi Hieronymi laudibus disseruit magis quam oravit dicendi genere sane minime elaborato.[79] In qua nihil quod laudare possim video. Fuscareno tamen Isota visa est non solum alios sed se ipsam vicisse oratione illa, cui nihil par aut simile inveniri posse persuasum habebat.

Magis etiam omnibus huius ætatis viris doctis placuisse videtur alia Isotæ oratio, immo epistola, quam ex urbe Verona Kalendis Augustis a. 1459 ad Pium Secundum Pontificem Maximum Mantuæ in concilio versanti scripsit,[80] ut ultro iam currenti stimulos adderet, ut Pontificem Turcorum imperio infestissimum ad bellum contra perfidum Christianæ religionis hostem suscipiendum inflammaret. Quæ quidem oratio — verba sunt

Philippi Bergomensis — tantam præ se ferebat doctrinam tantumque nitorem et eloquentiam, quantum quis certe verbis explicare posset. Cui feminæ propter eam doctrinam et optimum dicendi modum non potest dici quantum laudis quantumque ornamentum accesserit. Etenim Nicenus Cardinalis Græcus, utraque lingua excellens et qui in divinis doctrinis maximum etiam usum habebat, ea oratione audita statim quadam admiratione permotus ut coram agnosceret quam admirabilem ex ratione dicendi cognoverat, Veronam contendere voluit;[81] vix quippe credibile videbatur illorum temporum feminam ullam inveniri, quæ tanta eruditione tantaque eloquentia præstaret. Qua visa et audita cæleste potius quam humanum factum iudicavit, unde eam in ipsis virtutibus et ipsas in ea ad magnam dei laudem suique ædificationem admiratus est.

At si nos audis, multo quam hæc oratio, quæ cum in sanctorum virorum concilio legenda esset, paucis tantum poetarum plurimis vero sacræ scripturæ et scriptorum ecclesiasticorum locis more prope centona-

rio consuta rarisque orationis luminibus distincta est, multo inquam magis placere potuit alia Isotæ epistola, qua multorum doctorum virorum exemplum secuta[82] Iacobum Antonium Marcellum, bonarum litterarum fautorem omnibus notissimum, de morte parvuli filii Valerii, qui octo tantum annos natus e vita decessit, consolabatur. In qua epistola (Veronæ, IX. Augusti a. 1461 data) exemplis ex auctoribus veteribus et ex sacra scriptura apposite allatis, quibus qua fuissent antiqui heroes in rebus adversis animi constantia appareret, res ab eo præclare gestas ei in memoriam revocavit, quibus a nimio mærore muliere non viro digno animus eius abduceretur.

Qua re illustri sane exemplo probavit se non solum sacros scriptores accurate cognitos habuisse sed aliquando etiam in veteribus Latinis auctoribus habitasse et uberrimos ex eorum lectione fructus percepisse, quos cum non in sacro religiosorum virorum concilio sed apud virum egregium bonarum litterarum fautorem oratura esset, haud verita est larga manu lectoribus delibandos por-

rigere. Auxit autem fortasse consolationis vim, quod ipsa non minus consolatione se egere sensit, cum paulo ante mater piissima morte sibi erepta esset,[83] ex qua incredibilem ac maiorem opinione dolorem se animo penitus suscepisse testatur. Quo mærore ut animum paululum levaret Venetias una cum Damiano Burgo sibi amicissimo se contulit, mox autem in patriam reversa sacris cogitationibus et fratrum amore consolationem sibi quæsivit. Ludovicum præsertim fratrem natu minimum summo amore complexa est viditque diem, quo is, cui fausta quæque precata est, puellam, quam ipsa ei delegerat, in matrimonium duxit. Quod gaudium ultimum ei accidisse videtur. Tenuis enim victus assiduumque litterarum studium fragili corpori non potuit non nocere. Itaque in litteris quas Ludovicus Fuscarenus die XX. mensis Martii a. 1466 ad Isotam scripsit, de eius stomachi dolore aliaque corporis infirmitate mentio infertur, quas corporis infirmitates fortasse febris illa secuta est, cui tandem a. 1466 annos quadraginta octo nata succubuit.

In complexu fratrum spiritum reddidit sepultaque est iuxta matrem in ecclesia Sanctæ Cæciliæ[84] deplorata ab omnibus, qui eius benevolentiam suspiciebant, pietatem et doctrinam admirabantur. Neque id immerito, quamquam quod eius æquales in litteris ad eam Zeneveramque sororem datis ad earum laudem afferre solebant, nullam feminam ea ætate bonis litteris operam navavisse, assentationis causa dictum esse apparet, cum apud Philippum Bergomensem nonnullarum eius ætatis doctarum feminarum extet memoria et in ipsa urbe Verona Isotæ ætate Medeam Aleardam et Polyxenam Grimaldam poetica laude floruisse constet. At nullam aliam renascentium litterarum ætate feminam novimus, quæ propria ab aliis discernatur ingenii indole, quod quomodo temporis progressu excolatur immuteturve ab ineunte ætate usque ad extremum fere spiritum cernere possumus. Namque ceteræ quæ in litteris versabantur feminæ oblectationis vel vanæ ostentationis causa ad litteras ferebantur, quas nuptiis celebratis statim repudiaverunt, cum Isota

toto animi ardore litteris se dedisset. Ceteræ vana quam litteris carminibusque scribendis adeptæ sunt gloria contentæ raro vel ad orationes ex occasione scribendas assurgebant, Isota mox intellecta talis rei vanitate ad sacras litteras animum appulit, ex quarum studio quos fructus percepisset novo atque quantum fieri poterat eleganti dicendi genere lectoribus proposuit. Quanta autem in ea fuerit dicendi elegantia, statim apparebit, simulac litteras aliaque opera ab ea scripta si non cum optimorum renascentium litterarum virorum operibus, at saltem cum eis litteris comparaverimus, quæ a nonnullis præclaræ indolis Guarini discipulis et a Constantia Varaneia Isotæ æmula ad eam scriptæ sunt, quas eleganti orationis genere vel superavit vel saltem æquavit.

Quodsi addiderimus Isotam e vetustissima Italiæ nobili prosapia quæ nonnullos viros doctrina litterisque claros numerabat ortam ea ætate litteris Latinis vacavisse, qua in Gallia sane Cisalpina litteræ vixdum renatæ essent, denique talia ingenii

opera edidisse, quæ quamquam non deest quod in eis reprehendas feminæ omnes, viri plurimi illi invidere poterant et profecto invidebant, nos quoque non poterimus eam eximiorum quos prima renascentium litterarum ætas tulit heroum numero non adscribere.

ANNOTATIONES.

[1] Confer Franciscum Sansovinum in libro «Delle origine et de' fatti delle famiglie illustri d'Italia» (Vinegia MDLXXXII.) inscripto, sed is in ea parte quæ de Nogarola familia agit (fol. 147—154) nonnunquam ea tantum quæ Valerius Palermus in «Oratione in funere Ludovici Nogarolæ Comitis habita Veronæ M. D. LIX.» protulit refert. Quæ oratio extat in libello, cui «Orationes duæ simulque pastorale carmen quibus funera trium fratrum Nogarolarum Veronensium deflentur. Aldus. Venetiis M. D. LXIII.» est titulus. Bonæ frugis plena sunt Antonii Turresani opera, quæ in Bibliotheca Urbis Veronæ inedita asservantur: «Genologicæ *(sic)* Probatæ Tabulæ Nobilium Veronæ Propaginum, Antonii Turresani opera elaboratæ et dispositæ. Quibus nonnulla quorundam tantumodo civium accessere» (Cod. Ms. 974, p. 170), quæ stemma familiæ Nogarolæ usque ad medium sæculum decimum septimum continent, et «Elogiorum Historicorum Nobilium Veronæ Propaginum ab Antonio Turresano Veronense conscriptorum. Sectio secunda, qua viventes tantum exarantur 1656.» (Cod. Ms. 808 II, p. 312—316). Aliud Nogarolæ familiæ elogium sæculo XVII. in singulo folio impressum et insignibus gentiliciis ornatum penes Io. Bapt. Carolum Giuliari, quod hunc titulum præ se fert: «Nogarolæ Gentis Elogium. Iuvat herclè . . . . scripsit B(ernardus) Bruschus. Bernardo Tamo curante» de Isota, ut nos certiores fecit Petrus Sgulmèro, nihil continet nisi Matthæi Bossi verba quæ in nostra editione II. p. 127 sqq. leguntur. Nonnullis autem viris doctis gratum nos facturos esse speramus, si eam stemmatis familiæ Nogarolæ a Turresano in Genealogicis Probatis descripti partem, quæ ad doctos ex hac familia viros feminasque spectat, hic apposuerimus.

Antonius, Uxor Barto

Gufredus seu

Cagnolus.

Nicolaus.

Clara Abatissa Sanctæ Mariæ a Virginibus.

Guida, Uxor Guidi de Lozzo in primis, Guidonis de Bonacensis in secundis.

Ioanna, m. Gu Malas

Magdalena naturalis, Uxor Leonis Zatori Iudicis Tridenti.

Beatrix.

Franciscus.

Ludovicus.

Paulus Donatus.

Lucia.

An Iac

Angela, Uxor Antonii de Arco 1396.

Elisabeth.

Anna, Uxor . . . . de Castrobarco.

Catherina

Leonardus, Uxor Catherina Manelma, Viduatus Prothonotarius.

Antonius Eq., Uxor Leonora S. Bonifacia prima, Contessa S.to Georgio 2.a seu S.to Sebastiano.

Bartolomæa, Uxor Iacobi Lavagnoli.

Iacobus.

Ludovicus Eq., Uxor Clara Tripella Bartolomæi filia. *Vide alteram tabulam.*

Isabella, Francisc castorij de Mus Vene

Belpetrus, Uxor Maria de Porto.

Camilla, Uxor Antonii Uberti.

Hieronimus, Uxor Christina Micheli.

Comitissa, U tolomæi Maph Monaca S.ta

Hieronimus.

Iulia.

Cæcilia.

Isabella, Uxo Valmara

Hieronimus, Uxor Barbara Rolnoe de Rassemburg.

Ferdinandus, Uxor . . . . filia Baronis Leonardi de N

omæa del Verme.

Siginfredus.

Uxor ielmi ginæ.

Eq. Baylardinus, Uxor Catherina filia Alberti Scaligeri rel. Nicolai de Foliano.

Eq. Antonius, Uxor Peregrina Iustiniana.

Otta.

Antonia, Uxor Seluaggi Bonacorsi.

. . . . Uxor Francisci Ruschæ.

Leo Naturalis.

Dinadanus, Uxor Catherina de Arzignano aut Beroaldis prima, Elisabeth Lamberti 2da.

astasia, Uxor obi de Porcia.

Eq. Antonius, Uxor Bartolomæa de Castronovo.

Elisabeth, Uxor Georgii de Caballis.

Iacoba.

Lucia.

Leonardus, Uxor Blanca Boromæa Patavina.

Ioannes miles 1404 obijt Venetiis decolatus 1414.

Uxor Fra- et Io. o de iis.

Iunipera, Uxor Brunorij de Gambara.

Isotta Conversa.

Samaritana.

Laura, Uxor in 1-o Christophori Peregrini, in 2-o Nicolai Trono.

Nostra, Uxor Antonii Martinenghi.

or Bar- ei, postea Claræ.

Theodosia, Uxor Baccarini de Canossa 1.°, Iulii de S.to Bonif. 2-do fuit quoque Io. Madii.

Aloysii æ.

Leonardus, Uxor Ursula de Ofis de Certael.

aroch.

Georgius, Uxor Isabella de Ardoch.

Ludovicus Eq., Uxor Clara

Raymundus, Uxor Angela Antonij de Veritate in primo, ... in 2do.

Vincentius, Uxor Bernardina Danesij de Buris.

Alexander.

Carolus, Uxor Iunipera de Medicis Francisci.

Iunipera, Uxor Scipionis Benzoni de Crema.

Isotta, Uxor Lucæ Brombati de Bergomo.

Carolus, Uxor Lucia Alegri, Interfectus a Co. Francisco Nogarola in Castro Azzani.

Iulia, Uxor Bandæ.

Aurelia.

Antonius.

Marcus Antonius.

Elisabeth, Uxor Francisci Boldu.

Leonora, Uxor Antonii Boldu.

Galeottus, Uxor Valeria Valmarana.

Hieronimus, Uxor Francisca Turca.

Leonardus, Uxor 1. Filena Capella, 2. Virginia Seratica.

M.

Amadeus.

Lucretia.

Maria Lucretia.

Fernandus, Uxor . . . . . Poiana.

Federicus.

Galeottus, Uxor Lisca Rambalda.

Ferdinandus.

Fridericus.

Rosana, Uxor Co. Gabrielis Peregrini.

ara ripella Bartolomæi filia.

Cassandra, Uxor Augustini Provoli de Iustis.	Galeottus Eq., Uxor Francisca Nichesola Gulielmi.	Iulia Monaca St. Claræ.	Alba, Uxor Galeatij Trissini Vicentini.	Blanca, Uxor Galeatij de Canossa primo, Antonii Mariæ Campeggi 2.° Vigilij Portæ 3.ª	Bartolomæa, Uxor Hieronimi de Sancto Sebastiano Iacobi filii.

Alexander, Uxor Lucretia Caballa.	Leonardus, Uxor Lucretia Malaspina.	Ludovicus, Uxor Catherina de Caballis.	Franciscus, Uxor Catherina Peregrina.	Laura, Uxor Spinettæ Malaspinæ.

Ferrantes, Uxor Cassandra Negrelli.

Io. Baptista, Uxor Minerva Serega.

Ferrantes, Uxor . . . . Allegra.	Hieronimus.

Antonius.	Otho.	Fabricius.	Franciscus.	Laura, Uxor Co. Io. Francisci Biuilaquæ.	Cassandra, Uxor Vincentii Montenarii.

Iulius, Uxor Clara de Circulis.	Baylardinus, Uxor Rosana Murari.	M. Antonius.	Octavius.

Aloysius, Alexandra Rambalda.	Alexander.	Franciscus, Uxor Brigida Gherardina.	Georgius, ... Cavichia.	. . . . Hiacintus Nigrellus.

Baylardinus.	Ludovica.	Alexander.	Isnardus.	Ferdinandus.

[2] In agri Herminiaci (Armagnac) pago (departement) Gers vocato etiam nunc extat Nogaro oppidum, quod a. 1872. 2388 incolas numerabat. Quo tempore autem gens Nogarola in Italiam pervenisset, Valerium Palermum (e quo hic quoque sua hausit Sansovino) secutus indicavi. Ceterum confer quæ Ioannes Baptista Paiarinus (Pagliarini) historicus Vicentinus (1415—1500), cuius Chronica Vicentina circa annum 1480 conscripta et a Silvestro Castellini a. 1605 Italice versa a Georgio Iacobo Alcaini a. 1663 impressa est, a Turresano laudatus de Nogarolæ gentis origine litteris mandavit: «Nogarolam familiam scientia rerum gestarum et gloria armorum et benemeritis in patriam claram fuisse accepimus, in dominos fide illustrem, opibus, amicitiis, affinitate nobilium et favore populi potentem fuisse constat, cuius originem ex Gallia fuisse in Italiamque venisse sub Lothario 2-do anno a nativitate nostra 933, et humili loco in Gallia ortam, sed ex Regia stirpe atque in urbe agroque Veronensi a Cæsare multis privilegiis donatam fuisse rerum Veronensium annales demonstrant. Oppidum in Veronensi agro condidit, quod Nogarolarum nominavit a Nogarolo oppido, quod in Burgundiæ partibus est, a quo ipsa familia et nomen et originem duxerat.» Quæ etiam Valerius Palermus protulit (p. 11), quo teste «in eo ipso Herminiaci loco celebre adhuc extat Nogarolum oppidum, sui ubi principes eodem et cognomine iisdemque insignibus quibus hæc ipsa apud nos familia sine discrimine utuntur.» Marius Philelphus solus gentem Nogarolam «de Teutonicis primoribus inclytam» appellat (Libri Isotæi v. 475).

[3] Hæc carmina e codice membranaceo sæc. XV. novimus Mutinæ in Bibliotheca Estensi asservato, ubi VIII. E. 21 signo notatur. In stemmate gentilicio initio sæculi decimi quinti Ioannes Miles Nogarola occurrit, Antonii Nogarolæ filius, Angelæ frater, Isotæ patruus, qui a. 1408 Consiliarius urbis Veronæ erat, in libro census (Campione dell' Estimo) a. 1409 «De Nogarolis Nob. Iohannes» vocatur,

demum teste Turresano a. 1414 Venetiis decollatus est. Quod haud recte se habere ex eis apparet quæ Marinus Sanutus in vita Michaelis Steni Venetiarum Ducis (apud Muratorium in Rerum Italicarum Scriptoribus vol. XXII. p. 875) de eo memoriæ tradidit: «A' 28 di Dicembre del 1412 s'ebbe per lettere de' Rettori di Verona, com'era stato scoperto un trattato, che voleva fare Brunoro dalla Scala d'entrare in quella Città, con un Veronese chiamato Giovanni da Nogarola Condottiere di lance 40 nostro, il quale gli voleva dare una Porta della Terra. E preso il detto fu mandato a Venezia ed esaminato pel Consiglio de' Dieci, intesa la verità fu sentenziato, che fosse appiccato in mezzo alle due Colonne. Il quale dimandò per grazia, che gli fosse tagliata la testa, e non appiccato. E così gli fu conceduto. E fu eseguito a dì . . . . di Gennaio. E avanti che morisse, fu veduto che il detto squarciò una lettera, e la buttò via, la quale fu tolta su e letta, e fu ritrovato l'ordine del trattato. E il Brunoro gli prometteva grandi cose, se aveva l'effetto. E i suoi beni come di ribelle furono confiscati in Camera. Questo era Cavaliere; e per merito dell'onore che gli avea fatto la Signoria, menò questo trattato con Messer Brunoro, ch'era nel campo degli Ungheri. Questo avea ordinato data la Porta della Città d'andar gridando per la Terra *Scala, Scala*. Tamen nella Cronica Dolfina pare [pessime], che questo trattato fosse nella città di Vicenza». Paullo aliter de eadem re Iosephus Tassini («Alcune delle più clamorose condanne capitale eseguite in Venezia nei tempi della Repubblica». Venezia 1866 p. 69): «Brunoro della Scala, a cui era stato tolta Verona da Francesco Novello da Carrara si studiava con ogni mezzo di ricuperarla dalle mani della Repubblica di Venezia . . . . Dopo varii inutili tentativi . . . . quando vide avvolti i Veneziani in una guerra coll'Imperatore Sigismondo, e venne eletto nel 1412 vicario Imperiale di Vicenza et di Verona . . . . suscitò in Verona una congiura . . . ben tosto repressa . . . Poco

dopo appiccò novelle pratiche con Giovanni Nogarola cavaliere Veronese, il quale gli promise di ridonargli in breve gli aviti dominii.... Il Nogarola venuto a Venezia per meglio ordire il tradimento, lasciò scapparsi dalle labbra alcune parole sediziose contro lo stato, ed allorquando per le deposizioni fatte contro di lui dal Vicentino Nicolò dal Nievo, gli sgherri stavano per trarlo nelle carceri, gli si trovo a dosso una lettera diretta a Brunoro della Scala, ove a parte a parte avvisava quest'ultimo dei passi fatti e da farsi in di lui favore. Sottoposto quindi a severo esame, finì per timore dei tormenti della tortura col confessarsi reo, e mediante sentenza del Consiglio dei X, 29 decembre 1412 venne condannato al taglio del capo fra le due colonne della Piazzetta di S. Marco, dovendo un banditore dalla porta delle Carceri fino al luogho destinato al Supplizio gridare ad alta voce il nome ed il delitto dell'infelice». Horum relationem confirmant etiam ea quæ Caietanus Da Re nuper mihi scripsit: «Nel Reg. VIII. delle Investiture della Mensa Vescovile di Verona f. 223 trovasi l'istromento 3 Nov. 1413, col quale il Vescovo di Verona investiva Leonardo q. Antonio Nogarola di parte della decima di Colognola. Nelle premesse il detto Leonardo espone che la famiglia Nogarola da tempo antico, anzi antichissimo, riconosceva quella decima dal Vescovo di Verona; che egli stesso ne era stato investito insieme col fratello Giovanni li 9. Dic. 1410. Della qual decima, cum sibi ex morte premissi q. Iohannis de Nogarolis fratris eius nondum est annus lapsus defuncti nullis superstitibus heredibus relictis medietas iure successorio spectet, chiede al vescovo la relativa investitura.» Sed quod Ioannes nullis superstitibus heredibus relictis defunctus esse dicitur, tantum significare videtur sine prole mascula eum obiisse; nam nulla est causa, cur contra disertum Turresani testimonium Nostram Nogarolam doctrina insignem huius Ioannis filiam fuisse negemus, licet Nostra a Palermo et Sansovino inter Antoniam Nogaro-

lam, quæ circa a. 1328 floruit et Angelam Ioannis sororem collocetur. Immo Turresani sententiæ suffragari videtur, quod Nostra eodem Turresano teste uxor Antonii Martinengi, præclari in prima sæculi decimi quinti parte militum ducis uxor fuit et ipse Sansovino cuidam e gente Martinenga eam nupsisse tradit. Ceterum hic Ioannes teste eodem Turresano in Elogiis die XXVII. mensis Aprilis 1404 ab Antonio et Brunorio Scalis equestri dignitate donatus est; quam dignitatem Marinus Sanutus, ut supra vidimus, a Venetis eum adeptum esse minus recte mihi referre videtur. In Chronica enim a Biancolinio (Chiese Veronesi) apud Ioannem Baptistam Verci (Storia della Marca Trivigiana e Veronese. Venetiis 1789 vol. XVIII, Documenti p. 87) edita hæc legimus: «Adi Dominica 27 Aprile [a. 1404] mess. Francesco da Carrara insieme col Marchese di Ferrara e li doi fratelli da la Scala ferno l'entrata de la Cittadela di Verona; e in tal entrata forno fatti Cavalieri .... mess. Zuan da Nugarole . .» Ad hunc autem auctorem sonetos supra laudatos referendos esse ex eo apparet, quod inter eius sonetos quædam «Ad Tibaldum de Broillo Missiva» legitur, de quo viro nobili Veronensi hæc Caietanus Da Re nuper mihi scripsit: «Tebaldus de Broylo fu uno degli ambasciatori che nel 1405 andarono a Venezia per la dedizione di Verona a quella Signoria (Atti de' Cons. Vol. A f. 2). — Tebaldus q. Henrici de Broilo cum fratribus stava nella contrada del Ponte della Pietra (Campione dell' Estimo 1409).» Alia ad hanc meam sententiam stabiliendam argumenta fortasse ex his sonetorum inscriptionibus, quas nunc accuratius quam antea indicandi copia mihi data est, erui possunt: «Ad A. D. A.» — «Ad A. d. Al.» — «Sonetus domini Tomaxi de Cambiatoribus Missiva.» — «Responsiva Ioannis de No(garolis).» — Per Io. de No. Missiva domino Io. de Sa.» — «Ad Tibaldum de Broillo». — «Per Io. de N. de Sa. — «Missiva Io. de N. ad Leonardum.» — «Ad Gregorium Comitem de Venec.» — «Responsio d.

Io. de Sal.» — «Ad Leonem Petrum de Fregastoriis.» — «Gior. Mus. de Senenis».

4 Hic Leonardus teste Turresano Catherinam Manelmam, Belpetri filiam, uxorem duxit, de quo hæc Paiarinus apud Ioannem Andream Astezatum in præfatione ad Evangelistæ Manelmi Commentariolum de quibusdam gestis in bello Gallico (Brixiæ, 1728 p. III): «Belpetrus q. Zenarii Campsoris Collateralis Illustriss. Dominii Venetiarum Generalis, qui sine prole decedens duas Filias heredes reliquit, quarum una nupsit Leonardo de Nogarolis, et altera D.... *(sic codex)* Mauroceno Nobili Patritio Veneto». Leonardi Nogarolæ et Catherinæ Manelmæ filius fuit Belpetrus, qui e Maria de Porto uxore Hieronymum suscepit filium. De quo hæc apud Paiarinum leguntur: «Adest etiam Belpetrus eius filius, eques auratus magnificus, qui et ingenio et facundia plurimum valet; Hieronymus vero Belpetri filius, adolescens ingenuus multum venustatis et facundiæ habens, priscorum poetarum vestigia attingens, a suorum maiorum moribus et virtute et animo non degenerat.» Videtur autem Leonardus initio sacerdotorum ordini se devovisse, tum demum mutato consilio uxorem duxisse. In ea saltem epistola, quam Isota nostra IV. Kal. Apr. a. 1438 ad Cardinalem Iulianum Cesarini scripsit, rogatur Cardinalis «ut Leonardi fratris curam paterno suscipiat affectu, quem omnes bene factum iudicant cultui divino dedicandum esse» (similia leguntur in epistola anno post ad Franciscum Condulmerium Episcopum Veronensem scripta) et ex Lauri Quirini epistola inter annum 1445 et 1448 ad Isotam Patavii scripta colligimus Leonardum, quem Laurus optimæ indolis adolescentem, optimam operam optimæ philosophiæ navantem vocat, id temporis Patavii studio philosophiæ, qua postea mirum quantum laudis adeptus est, vacasse. Eundem Turresanus a. 1452 a Friderico III. Imperatore equestri dignitate ornatum esse refert. Anno 1468, cum Marius Philelphus librum de laudibus Isotæ composuit, uxorem nondum amisisse videtur;

in hoc enim libro hæc de eo legimus de tempore quod inter matris et sororis Isotæ mortem intercedit (1461—66): «Atque Leonardum Vincentia prisca recepit, Coniugis ut tutetur opes cumuletque nomisma». Anno demum 1477 Protonotarius Apostolicus dicitur in Officio et Missa Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis hoc anno Romæ pridie Kal. Maias impressis, et haud multo ante in Protonotariorum Apostolicorum ordinem eum receptum esse ex his Paiarini verbis colligas: «Fuit etiam nostro tempore Leonardus eques, facundus orator, philosophus insignis et divinus theologus, cui nostra ætas non habuit parem. Mortua quidem uxore a Sixto summo pontifice [1471—1484] Prothonotarius Apostolicus factus est, ad dignitatem Cardinalis, si vita longior ei data fuisset, profecturus erat». Contra quem non licet ad Turresanum provocare, qui in Elogiis «Leonardum sacræ theologiæ Magistrum et Prothonotarium Apostolicum 1445» commemorat, cum anni nota apposita annum quo Turresanus primum eius mentionem factam esse invenit, non eum, quo Protonotarius factus est indicare videatur. Ceterum Cæsar Cavattoni in Isotæ vita novæ Dialogi de Adæ et Evæ peccato editioni præmissa ex inedito quodam Antonii Turresani opere in Bibliotheca Urbis Veronæ asservato, cui «Veronæ Urbis Commentaria» est titulus, Leonardum nostrum non solum Protonotarium, sed etiam Canonicum Veronensem fuisse refert. Denique apud Antonium Cartolari («Familie già ascritte al nobile consiglio di Verona con alcune notizie intorno parecchie case di lei, a cui s'aggiungono il nome, la dichiarazione ed un elenco di varie delle passate sue magistrature ed altre memorie risguardanti la stessa città. Parte prima. Verona, 1854, p. 193 sqq.) hæc de Leonardo ex antiquis libris census (Campione dell' Estimo) excerpta leguntur: a. 1456 et 1465 «D. Leonardus de S. Cæcilia», a. 1473 «Leonardus Miles de S. Cæcilia», a. 1482 «Leonardus de S. Cæcilia». Sed iam a. 1492 in eius locum «Belpetrum quondam Leonardi» suc-

cessisse videmus. Quare quæ in titulo operis «De obiecto intellectus» a. 1497 Vicentiæ editi leguntur: «Liber de obiecto intellectus a reverendo domino Leonardo Nogarolo prothonotario apostolico nobilissimo Veronensi *æditus MCCCCXCVI*» vix possunt recte se habere.

5 Hieronymus hic Maximiliani Regis Secretarius a Valerio Palermo Leonardi nepos fuisse dicitur, quod nisi nepos hic fratris filium, non filii filium significat, falsum esse videtur, cum is qui huius Hieronymi filius a Valerio Palermo et Francisco Sansovino dicitur Leonardus apud Turresanum auctorem satis locupletem Hieronymi Nogarolæ unici Antonii Nogarolæ Isotæ fratris ex Christina Micheli filius habeatur et Turresanus de uxore liberisveHieronymi Belpetri filii altum teneat silentium. Huius autem Hieronymi Antonii filii carmen esse videtur quod in Marquardi Freheri Scriptoribus vol. II. p. 301—303 ita inscriptum legitur: «Hieronymi Nogaroli Comitis ad Sacratissimum Maximilianum Cæsarem semper Augustum pro Vicentinis oratio habita» (a. sine dubio 1509). Confer etiam Chuonradi Peutinger Augustani Iurisconsulti epistolam «ad Magnificum et Generosum Hieronymum Nogaroli Comitem Sacræ Cæs. Maiestatis Senatorem» pridie Kal. Martias a. MDXV. scriptam et Augustanæ Iornandis editioni a. 1515 vulgatæ præmissam. Ex qua hæc exscribere placet: «Iornandem itaque ipsum et Paulum ad te primum mittere volui, quem amo plurimum, cum optimarum artium (a quibus nunquam alienus fuisti) studiosum, tum rerum agendarum usu non minus insignem quam fide memorandum. Huc accedit quod qualem de me habeas opinionem nulli potest esse dubium, cum quid feceris appareat. Cum enim filium tuum Leonardum adulescentulum et ingenio præstantem et in literarum studiis maiores quam pro ætate progressus habentem, quem unicum melioris sexus habes, mihi credideris, et cum tu esses Veronæ, filius vero mecum Augustæ, tamen illi bene consultum esse et ad mores et ad cætera necessaria iudicaveris, declarasti tu quidem tantum

te mihi tribuere quantum fortasse ego nec agnosco nec postulo, tali tamen opinione tua ac iudicio facere non possum quin et mihi gaudeam et tibi debeam.» — De Hieronymi Nogarolæ erga Maximilianum Imperatorem studio nonnulla leguntur apud Emanuelem Cicogna, Dalle Inscrizioni Veneziane VI. p. 240. 241.

[6] Leonardi Nogarolæ sepulcrum Tridenti in Ecclesia Cathedrali ad sinistram per principalem portam intranti erat vel fortasse nunc quoque est (conf. Michaelem Angelum Mariani «Trento» 1673 p. 67). De quo hæc Ioannes Chrysostomus Volano inter alia ad familiam Nogarolam spectantia mense Decembri a. 1776 ex Tridento nescio cui Comiti Nogarolæ scripsit, quorum notitiam Ioannis Baptistæ Caroli Giuliari humanitati debemus : «Il Mausoleo di pietra non lisciata è buona parte coperto dallo schienale di una banca. Pure vi ho letto nel mezzo questa inscrizione : *Leonardo Nogarolæ Comiti, Ferdinandi Regis a Consiliis, Supremo Principum Cubiculario, Tergesti Præfecto, ac Legationibus multis maximisque honorifice perfuncto, Coniugi optime merito, Ursula Derfi Uxor et Filii mæstiss. pos.*» Uxoris nomen a Volano male lectum in lapide *De Ofis* scriptum esse olim suspicatus sum Turresani testimonio permotus, qui Leonardi uxorem Ursulam de Ofis de Certael fuisse refert. Sed bene me monuit Alexander Comes Apponyi eam Ursulam ex nobili gente Hungarica Derssfy de Zerdahely fuisse, de qua conferendus est Ivan Nagy in Tabulis Genealogicis nobilium Hungariæ propaginum (Magyarország Családjai. Pestini 1858, vol. III. p. 286).

[7] De opere aliquo Ludovici quod aliunde nondum innotuisse videtur hæc Io. Chrysostomus Volano in notis supra laudatis scribit: «*Ludovici Nogarolæ Comitis Veronensis in Meteorologica Alexandri Commentaria. Præfatio ad Reverendissimum ac Illustrissimum D. D. Bernardum Clesium SS. Romanæ Sedis Cardinalem Episcopum et Principem Tridentinum.* Comincia : *Multæ quidem D. O. M. munere.* Fu da

me veduta nel Castello Vescovile di Buon Consiglio in Trento scritta a mano in foglio di pagine cinque. In essa dice il Conte, che ha tradotto nel Latino i mentovati Commentari, e che poc'anzi fu qui in Trento allora quando vi si trovò Ferdinando Re de' Romani. Altronde so, che tal Re fu in Trento li 12 Settembre del 1536 e che il Vescovo Clesio fu creato Cardinale nel 1530 [die XIX. mensis Martii] e morì nel 1539.»

8 Confer Valerium Palermum p. 17: «En longe prospicienda primum est cultissima illa fœmina Antonia, Iufredi magnanimi viri filia, quæ morum elegantia, pudicitia et humanioribus litteris mirum modum exornata dignam se præstitit, ut Saluatico Bonaconsæ *(sic)* nepoti tunc Mantuæ principis nuptui traderetur.» Quæ Sansovinus in hunc modum exornavit fol. 152: «Conciosia che si esalta il nome di Antonia, dottissima et veneranda Signora, la quale fu moglie di Salvatico Bonacolsi, nipote di Passerino Principe di Mantova l'anno 1328. Costei bella di persona, ma vie più bella d'animo et d'intelletto, quasi a gara dei più letterati dell'età sua volle profondarsi nel sapere: onde divenuta in breve tempo eccellente, cominciò il suo nome a volare per le bocche di dotti et ad esser tenuto da loro in pregio: con tanta sua gloria, ch'ella fu riputata ornamento non solo di Verona ma di Mantova ancora.» Sansovinum exscriptum videmus in «Teatro delle Donne Letterate . . . del Sig. Francesco Agostino della Chiesa» (Mondovi 1620 p. 81), nisi quod post *eccellente* additur in *tutte le dottrine.* Ceterum teste Turresano «Antonia uxor Seluaggi Bonacorsi» inter novem Gufredi (aliter Siginfredi) Nogarolæ liberos natu minima fuit.

9 Quod ad Antonii Nogarolæ liberos attinet, de Ioanne Nogarola iam dictum est, de Elisabetha et Leonardo statim dicetur. De Anna autem hæc Io. Chrysostomus Volano scribit: «Anno 1412. die 22 Octob. in Castronovo Vallis Lagarinæ Magnificus et Generosus Miles atque Comes Dominus Guillelmus Advocatus de Amatia Comesque Kirchpergi

sibi desponsavit in uxorem Spectabilem et Generosam Dominam Dominam Annam de Nogarolis filiam quondam Spectabilis et Egregii Militis Domini Antonii de Nogarolis de Verona, habentem dotem duorum milium ducatorum boni auri et iusti ponderis, eique donavit titulo Morgengab propter nuptias mille ducatos boni auri et iusti ponderis.» De alia Lucia, non de ea, quam Turresanus Antonii filiam esse dicit, nonnulla leguntur apud Franciscum Agostino Della Chiesa (Teatro delle donne letterate. Mondovi 1620 p. 215): «*Di Lucia Nuogarola* 1550. Lucia Nuogarola nobilissima Veronese, dalla cui famiglia quasi che da un cavallo Troiano sono usciti infiniti valorosi Cavaglieri e molte saggie matrone, essendo allevata dalla madre negl'honorati essercitii donneschi, non contenta d'essercitar le sue gentilissime mani et impiegar il suo divino ingegno in far artificiosissimi intagli e lavori d'ago, che da se stessa postaci al studio delle lettere divenne dottissima, si che hebbe ardire di mandar fuori alcune sue compositioni». Quæ verbis tantum mutatis etiam apud Ambrosium Levati (Dizionario Biografico-Cronologico ... degli uomini illustri. Mediolani 1821), Ludovicum Federici (Ritratti di alcune donne Veronesi che si distinsero o si distinguono negli studi e bell'arti con aggiunta di varie poesie dell'Abate Luigi Federici. Verona 1826) et apud Boccardium (Nuova Enciclopedia Italiana Ed. VI. 1883 Torino), leguntur: «Nogarola Lucia, che visse nel XVI. secolo riuscì eccellente nei lavori dell'ago; e non paga di questa gloria si applicò allo studio delle lettere e divenuta dottissima publicò alcune pregevoli composizioni.» Nonne de Lucia Alegri, Caroli Nogarolæ uxore hic agitur, qui a Comite Francisco Nogarola in Castro Azzani interfectus est?

[10] Confer etiam hanc Volani notam: «Angela Nogarola da me si rammenta nella Biblioteca Tirolese perchè fu moglie di Antonio Conte d'Arco . . . Ambrogio Franco Archese, che naque nel 1559. e morì l'an. 1611, in MS. *Genealogia*

DD. Arcensium la dice figliuola di Antonio Nogarola, e moglie di Antonio II. figlio di Antonio I. d'Arco. Nella tavola poi delle parentele della Casa d'Arco dando o ricevendo donne soggiunge il medesimo Franco, che fu figlia di *Niccolò* scrivendo : *I Conti Nuogaruoli di Verona. Antonio II. f. di Antonio ebbe Angela figlia di Nicolò Nuogaruola* 1425 . . . Ella certamente morì avanti li 27 d'Aprile 1447, poichè nulla dicesi di essa nel testamento, che in tal giorno fece e publicò in Arco il di lei marito Conte Antonio pochi giorni avanti che finisse di vivere morto essendo il primo di Maggio del medesimo anno 1447, dopo di se lasciando *filios et filias.*» Hunc Antonium a. 1427 Brixiæ, a. 1428 Veronæ Secretarium Prætoris fuisse Remigius Sabbadini per litteras mecum communicavit. Ceterum quo anno Angelam in matrimonium duxerit haud constat, nisi quod supra vidimus hoc factum ab Ambrosio Franco a. 1425 assignari, cui fidem habere possumus, cum unicum quod contra stat Antonii Turresani testimonium non ita accipiendum sit ac si a. 1396 Angelam iam Antonii de Arco uxorem fuisse affirmare voluisset.

11 De hoc carmine quos Carolus Yriarte in libro «Rimini. Ètudes sur les lettres et les arts à la cour des Malatesta» inscripto (Parisiis 1882) p. 65. 67. 313 errores turpissimos protulit, iis refutandis supersedeo.

12 Hoc carmen ab Angela Vicentiæ scriptum esse manifestum est, et Vicentiam incoluisse etiam alios Nogarolas satis constat. Sed vix potest dubitari, quin Veronæ stabilem sedem habuerit, quam urbem etiam pater et Leonardus frater incolebant. Etiam in carminum inscriptionibus semper Veronensis, nunquam Vicentina nominatur.

13 De Iacobo Scrovigno confer Bernardinum Scardeoni in libro «De antiquitate urbis Patavii et claris civibus Patavinis» Basileæ a. 1560 edito p. 333 : «Celebratur quoque ex eadem familia Petrus et Henricus alter et Iacobus Scrovinii Carrariensium copiarum duces, viri strenui atque magnanimi, qui in gestis Francisci Carrariensis senioris

summa cum laude memorantur.» Item Iacobum Salamonium, qui in «Urbis Patavinæ Inscriptionibus» (Patavii 1701) p. 260 hæc de loco, in quo familia Scrovignorum sepulcrum gentilicium faciendum curavit: «Vendita est . . . Henrico Scrovinio, qui pro eripienda anima patris sui Reginaldi . . . a pœnis purgatorii phanum pulcherrimum ædificavit [a. 1363] et picturis Zotti excellentissimi pictoris exornavit, censu abunde dotavit et B. V. Annunciatæ dicavit. Postea idem præstitum est a Petro et Iacobo Scroviniis atque inde Scroviniorum bonis publicatis [quod a. 1390—1392 factum est, cf. Cittadella, Storia della Dominazione Carrarese in Padova. Patavii 1842 p. 202. 241] huius loci ius ad Nicolaum Savanarolum pertinuit». Iacobum Scrovignum a. 1370 a die XV. Sept. usque ad diem V. Oct. patris Ugolini urbis Belluni Præfecti vicem sustinuisse, e Francisci de Carraria litteris a Io. Bapt. Verci (Storia della Marca Trivigiana e Veronese. vol. XIV. Doc. p. 55. 56) editis elucet; a. 1380 teste libro qui «Cenni storici delle famiglie di Padova (Padova 1852)» inscribitur (p. 106) eum adhuc vixisse A. Gloria, v. cl. mecum communicavit. Ab hoc Iacobo diversus est alius Iacobus Scrovignus, qui traditionis crimine accusatus a Decemvirorum Collegio die XV. Octobris a. 1439 in exilium missus est (Cicogna l. l. III. p. 487. 561). Idem Scardeoni in libro supra laudato p. 233. 362 initium epistolæ, qua Lombardus Sericus librum suum «De laudibus aliquot fœminarum gentilium aut litteris aut armis illustrium» Magdalenæ Scrovignæ dedicavit, affert, ex qua Magdalenam bonis litteris summopere favisse colligitur. Denique in Emanuelis Cicogna Inscriptionibus Venetis (vol. II. p. 433 et VI. p. 857) Magdalenæ testamentum die XXI. mensis Maii a. 1421 scriptum affertur in eodemque opere (I. 289) e libro quodam inedito Ioannis Antonii Muazzo patricii Veneti «Patritiorum» inscripto a. demum 1439 defuncta esse perhibetur. Num Francisci Manfredi nobilis civis Patavini uxor fuerit, ipse Cicogna non audet pro certo affirmare.

[14] Confer Georgium Voigt in altera libri qui «Die Wiederbelebung des classischen Alterthums» inscribitur editione I. p. 505 sqq., II. p. 18 sqq., qui Antonium Luscum a. 1388, quo Scaligeri Veronam amiserunt, Veronam reliquisse et primo Florentiæ, tum Neapoli, Patavii (inde ab a. 1390), Mediolani (inter a. 1403 et 1406), denique Romæ (inde ab a. 1406) vitam degissse et a. 1441 obiisse narrat.

[15] De Matthæo de Aurelianis confer præsertim quæ Paulus Calvi (Biblioteca e Storia di quei scrittori cosi della Città come del Territorio di Vicenza che pervennero fin ad ora a notizia del P. F. Angiol Gabriello di Santa Maria. Vicenza 1772. vol. I. p. 111 sqq.) et Comes Mazzuchelli (Scrittori d'Italia vol. II. p. 1273) scripserunt. Fuit is Secretarius Alberti Marchionis Estensis et ab urbe Vicentia orator ad Ioannem Galeatium Visconti primum Mediolani ducem missus a Venceslao Imperatore magno honore habitus est. In codice Riccardiano præter epistolam ad Angelam de Nogarolis missam extat Carmen ad Antonium de Arisiis scriptum Viqueriæ nonis Decembris 1387 et aliud Carmen ad Pasquinum de Capellis datum Viqueriæ III. Nonas Decembris 1387.

[16] Confer Paulum Calvi in opere supra laudato vol. III. part. II. p. 103 : «Del milletrecento novanta Nicolò Facino era uno dei saggi o sapienti cioè deputati della Città [Vicentia] : *Nicolao de Facino similiter sapiente dicti comunis etc.* (Archivio Torre)».

[17] Confer Valerium Palermum p. 16 : «Quid vero de te Angela, et vero cœlestis Angela, dicam? Tu nomine, ingenio ac eruditione non humana insignis, divino quodam spiritu afflata donum illud deorum maximum es assecuta, ut inter illustres poeticæ professores adscriberere : qua ope non res inanes aut humiles tractare, sed tua tantum virtute dignas (deorum quippe facta) divinis carminibus decantare studuisti». Tum Franciscum Agostino Della Chiesa, qui in Theatro feminarum litteris insignium (Teatro

delle Donne Letterate . . . Mondovi 1620. p. 74) hæc de Angelæ laudibus, quam Philippum Bergomensem secutus circa a. 1460 floruisse refert, protulit: «Fu piacevole, modesta, e piena di celesti costumi, e principalmente d'una rarissima honestà, la quale è il vero ornamento delle gentildonne, et à tanti ornamenti aggiunse le lettere, nelle quali fu stimata un oracolo: mostrava ne' suoi ragionamenti una grandissima eruditione nell' addur essempi, dava segni d'haver veduto tutti i libri, e nel render le varie ragioni delle cose faceva testimonio d'haver dato opera à tutte le scientie. Dilettosi molto della scrittura, e più volte distese in versi i divini Misterii, et in ogni qualità di poesia (mirabil cosa in una donna) scrisse Egloghe con sì raro artificio, che senza ingiuria può caminar del pari con le Corinne, ò Saffe antiche poetesse.»

[18] Valerii Palermi et Francisci Sansovino errorem, qui Nostram Nogarolam inter Antoniæ et Angelæ tempora floruisse tradunt, iam supra notavimus Antonii Turresani testimonio fidem habentes, qui «Nostram uxorem Antonii Martinenghi» unicam Ioannis Nogarolæ progeniem nominat. Atque etiam Sansovino Nostram cuidam de gente Martinenga nupsisse tradit f. 152: «Et non molto dopo [post Antoniam] visse Nostra chiarissima nelle dottrine maritata nella famiglia Martinenga di Brescia». Idem fol. 301 plura de Antonio Martinengo celebratissimo sæculi decimi quinti militum duce narrat. Erroris fons Valerius Palermus est p. 17: «Succedit [Antoniæ] fœminarum princeps Nostra, Nostra (inquam) nomine, rerum dignitati potius quam nominis innixa: hæc ita in literarum studiis profecit, ut quam huic præponas aliam, non facile invenias.» Denique Franciscus Agostino Della Chiesa (l. l. p. 257), qui nihil nisi ea quæ Sansovino ad Nostræ laudem dixit attulit anno 1340 eam adscribit.

[19] Apud Turresanum Laura uxor primum Christophori Peregrini, deinde Nicolai Troni esse dicitur et in testamento matris Blancæ Bonromeæ a. 1457 condito re

vera uxor Christophori Peregrini nominatur. Anno 1438 iam Christophori Peregrini uxorem eam fuisse e Damiani Burgi litteris die XX. Augusti a. 1438 ad Isotam scriptis colligo, in quibus de «Christoforo Peregrino tuo» una cum Nogarolis Venetiis degente fit sermo. Ab hoc non videtur diversus esse Christophorus ille Peregrinus, cui Ludovicus Nogarola a. 1483 omnia e testamento facienda commisit. Quamquam primo marito defuncto Laura Nicolao Trono, qui a. 1471—73 Venetiarum dux fuit, nupsisse dicitur. Confer anonymum de doctis Nogarolæ familiæ feminis auctorem, de quo infra plura dabo: «il qual [primus maritus «Cristoforo Pellegrini della illustre famiglia Veronese»] morto fu menata a moglie da Nicolò Tron Doge di Venezia . . . Dirò di Laura, che la sua pietà verso i poveri suonava in ogni labbro; gl'infermi trovavano il maggior loro ristoro nelle frequenti visite, che a loro regalava; era pronta ai loro bisogni, ed era giorno per lei beato quello, che il loro miglioramento indicava rendendosi soddisfatto il nobile di lei cuore, che a tante fatiche, cure e spese la consigliava a prò dei miseri. Divenuta poscia nel 1458 moglie di Nicolò Tron Doge di Venezia non cangiò punto costumi e pratiche, nè la vanità resela orgogliosa, poichè senza mancare ai doveri che tale alta dignità circondano di molto si compiaceva, che tempo le rimanesse per adempire i moti del suo cuore al bene pubblico degli indigenti ed oppressi piissimamente rivolti.» At nunquam Nicolao Trono Venetiarum duci nupsisse Lauram rectissime contra Hieronymum Della Corte (Dell'Istorie della città di Verona Venezia 1744 III. p. 97), Scipionem Maffei (Ver. Illustr. II, III. p. 97) et Giaxich (Opuscoli Pinelliani III) contendit Emanuel Cicogna (Dalle Inscrizioni Veneziane VI. p. 646), ubi Alideam Morosinam, quæ a. 1424 Nicolao Trono nupsit et anno demum 1478 defuncta est, unicam Nicolai Troni uxorem fuisse demonstrat: «Io sono indotto a credere che una sola moglie egli abbia avuto, cioè Alidea, poichè l'autentico libro Nozze, esistente nella Marciana, non

registre menomamente il primo maritaggio di Nicolò [qui Lucæ Troni filius fuit] con la Nogarola, e quando registra all'anno 1424 quello con Alidea, non pone la solita indicazione al margine V. (cioè vedovo), cosicchè comparisce essersi Nicolò ammogliato allora per la prima volta. Temo di qualche equivoco di nome . . . E infatti negli alberi del Cappellari trovo *Nicolò f. di Paolo q. Donato Tron, essersi ammogliato in Laura di Leonardo Nogarola nobile Veronese* e avere avuto due figliuole una in Francesco Grimani, l'altra in Pietro Barozzi, e ciò circa la metà del secolo XV., ma nemmeno questo *Nicolò Tron f. di Paolo* apparisce dalle dette Nozze essersi ammogliato con una Nogarola.» Cautius quam Anonymus ille de altero Lauræ marito præter Turresanum loquitur Franciscus Sansovino fol. 153: «Laura sorella di Ginevra e moglie di Nicolò Trono nobilissimo gentilhuomo vinitiano, perciochè di vivacissimo spirito aspirava con assiduo studio a sopravanzar la gloria delle sorelle, come colei che riputava per vero ornamento dell' animo nostro le bellissime lettere, quando da quelle se ne trahe quel vero frutto, che ne conduce con sicurezza al nostro ultimo fine. Onde accompagnando la dolcezza dello scrivere col profitto della sacra scrittura eccitava se medesimo ad honorate e christiane opere. Conciosia che oltre alla dottrina, dicono che hebbe grandemente a cuore l'opere di misericordia, et visitando spesso gli infermi et porgendo sovegno a poveri non lasciò mai cosa a dietro che s'appartenesse a religiosa e pia gentildonna.» Sansovinum Hieronymus Della Corte (Dell'Istorie della città di Verona. Venezia 1744. III. p. 97) expilavit, quem Ambrosius Levati (Dizionario Biografico-Cronologico . . . degli uomini illustri. Mediolani 1821. III. p. 31) exscripsit: «. . . fu di vivacissimo spirito ed ornata di bellissime lettere, e massimamente sacre et scrisse molte cose assai dottamente». Confer etiam Iacobum Philippum Tomasinum (Elogia . . . Patavii 1644. p. 343): «Sororibus hisce merito accensetur Laura, Nicolai Troni patricii Veneti uxor,

ad æmulationem domesticam religione et pietate in egenos clarissima. De iis venuste Carolus Pintus:

> Genevra Aglaia est, Laura est bene compta Talia,
> Virginea Euphrosyne est altera Isota coma.»

[20] De Iulia Nogarola hæc leguntur apud Valerium Palermum p. 18: «Sed quid ego vetustiora consecter, cum ætate nostra una extiterit Iulia Nogarola, istius quem lugemus comitis [Ludovici Nogarolæ] amita, in qua omne mulierum Nogarolarum decus eluxit? non ob id tantum quod perpetuam virginitatem inter vestales sit professa, quod fuit Nogarolis mulieribus usitatissimum; sed quod Philosophiæ et Theologiæ studio delectata doctissimis suæ familiæ viris se simillimam reddidit.» Confer etiam Franciscum Sansovino f. 153: «Giulia con molti ornamenti di Filosofia e di Scrittura Sacra, de quali prevalendosi a benefitio dell'anima sua, si rendè monaca di S. Chiara, dove finì Il corso della vita così santamente che fu tenuta et è chiamata Beata.» Franciscus Agostino Della Chiesa autem, qui hæc ad verbum pæne descripsit (p. 176) Iuliam circa a. 1490 vixisse dicit, non male. Denique in Bibliotheca Urbis Brixiæ ineditum extat «P. Donati Advocarii in Domini Coronæ Spineæ Agone ad Iuliam Nogarolam» opus, de cuius auctore hæc apud Scipionem Maffei in Verona Illustrata (II, III. p. 132) leguntur: «Di Pier Donato Avvogario o sia Avvogadro abbiamo alle stampe un ragionamento degli uomini illustri della Patria, e il racconto della prima instituzione del Monte di Pietà, e un Orazione al Cardinal Cornaro nostro Vescovo: il Torresani nomina ancora un suo discorso *de origine gentis Rizzonæ.*»

[21] Antonius Cappelli, Bibliothecæ Mutinensis Vicebibliothecarius doctissimus, mihi rettulit Catherinæ Nogarolæ («Alla Magnifica Signora Caterina Nogarola») dedicatum esse opus ineditum, quod Hieronymus Calderari a. 1566 de luxuria conscripsit, in quo etiam Catherinæ sonetus Italicus legitur. In tabulis genealogicis apud Turresanum duas Catherinas e familia Nogarola circa medium

sæculum decimum sextum vixisse videmus, Catherinam de Caballis, Ludovici Nogarolæ, Galeotti filii uxorem et Catherinam Peregrinam Francisci Nogarolæ, qui eiusdem Galeotti filius erat, uxorem.

[22] Antonius Turresanus Leonardi Nogarolæ uxorem, Isotæ matrem, Patavinam vocat, quam Borromeam quidem sed Mediolanensem fuisse contendit anonymus ille auctor qui hoc sæculo ineunte feminarum doctarum e familia Nogarola vitas describere aggressus est, sed hoc opus, quod nunc apud Io. Bapt. Carolum Giuliari asservatur, ad finem non perduxit. Huius præcipuus fons tabula quædam genealogica minus accurate scripta fuit, de qua hæc apud eum leguntur: «Questo libro fu compilato da Anonimo Autore, che ricoverato dalla famiglia Nogarola e fattosi creatura d'uno personaggio di quella famiglia pensò di mostrarsi a lui grato coll'esporre i fatti illustri di quel sangue mediante un diligente raccolta ed una piena di cognizione ottenuti dagli Archivi particolari di quella e di altre prosapie. E per convalidare legalmente tutto quello che asserisce, produsse innanzi al Notaio Giovanni Matteo Ventretti i documenti comprovanti la verità dei fatti. Nelle ultime pagine avvi l'attestazione del Notaio in data 14 Agosto 1724 e sotto avvi la vidimazione del Pretore e viceprefetto di Verona, Gerolamo Polani.» Huic operi fidem tribuens maximam hæc ille de Blancâ Nogarola scribit: «L'antico MS. che conservo appresso di me, intitolato Nobilium de Nogarolis Genealogica Descriptio, assicura essere Milanese questa Borromea. Questa asserzione pare fondata, perchè in seguito si legge, che Leonardo avea molti negozii in Milano ed essergli stata conferita in dono da Galeazzo Visconti la Giurisdizione del vicariato di Colognola; quindi e presumibile che legato dagli affari alla Città di Milano abbia conosciuta e poi sposata Bianca, mentre nella sua vita non si scorge che mai abbia veduta Padova, nè relazione di sorte abbia colà incontrate. Nessuna prove offre chi dice Bianca Padovana». Neque in egregio sane opere,

in quo Pompeius Litta aliique nobilium Italiæ familiarum genealogias composuerunt («Famiglie celebri Italiane»), in descriptione genealogica familiæ Borromeæ de Santo Miniato ullam Blancæ memoriam repperi. Nihilominus ut spreta etiam Littæ auctoritate Blancam ex hac familia ortam esse contendam eo adducor, quod Blanca in testamento a. 1457 conscripto se Borromei de Borromeis filiam dicit, qui sine dubio idem Borromeus de Borromeis ditissimus illorum temporum vir est, qui patre Philippo a. 1370 securi percusso Mediolanum aufugit, unde Patavium rursus accitus sed iterum expulsus rursus Mediolanum se contulit, quam urbem ab a. c. 1387 usque ad a. 1407 incolebat, quo anno Patavium reversus a. demum 1422 Venetiis supremum diem obiit. Haud improbabile igitur nobis quoque videtur, Leonardum Blancam Mediolano domum abduxisse. Ea autem Borromeorum stirps, quæ ut ab ea quæ Patavii consedit distinguatur proprie Mediolanensis dicitur, a Vitaliano Vitalliano Margarethæ filio Borromei nepote oriunda est, cui a Mediolanensium Duce anno demum 1416 ut Borromeorum nomine insignibusque uteretur concessum est.

[23] Hoc ex Blancæ testamento die XXIV. Martii a. 1457 scripto elucere videtur, quod religiosi cuiusdam viri manu scriptum est, quia ipsa Blanca «non sapea scrivere», quamquam eo tempore quo testamentum fecit «sana per la Dio gratia del corpo e del intellecto» erat.

[24] De Antonio Nogarola hæc testimonia e libris census ab Antonio Cartolari l. l. citantur: «1433 Nob. Miles D. Antonius cum fratribus et matre de S. Cæcilia. — 1443 Spectabilis Miles D. Antonius cum fratribus, uxore et matre de S. Cæcilia.» Militis insignia teste Turresano in Elogiis pridie Kal. Octobres a. 1433 a Sigismundo Imperatore in arce Pisceriæ accepit. Primæ eius uxori, quam post a. 1433 duxisse videtur, Leonoræ de S. Bonifacio nomen erat, eadem paucis annis post defuncta a. 1438 Contensiam de S. Georgio seu de S. Sebastiano uxorem

duxit; Damianus Burgus enim in litteris die secundo Ianuarii et die XXI. Novembris a. 1439 ad Isotam scriptis Antonio fratri et eius amantissimæ coniugi se commendat, quam Contensiam fuisse ex eiusdem litteris die V. Maii 1439 datis elucet, in quibus Contensia Isotæ glos nominatur. Et cum idem Damianus in epistola, quam primo loco hic laudavi, Antonium Venetiis clavo Cupidinis fixum esse scribat, fortasse coniecturam hinc capere licet, Antonium haud ita multo ante uxorem duxisse. Ceterum etiam in libro census a. 1456 viciniam (contrada) S. Cæciliæ eum una cum uxore incoluisse legimus, quæ cum in libris census a. 1465. 73 et 85 iam non nominetur, inter a. 1456 et 1465 defuncta esse videtur. Porro Antonius Nogarola, quem inter a. 1486 et 1492 e vita migrasse compertum habemus, teste Ioanne Antonio Verza in libro, qui «Veronensium Civium nomina quæ in Comitiis Mag. Consilii ac in Officiis Magnificæ Civitatis reperiuntur» inscribitur et adhuc ineditus in tabulario Urbis Veronæ asservatur, a. 1434 Consiliarius Civitatis erat, a. 1451 publicus orator Venetias missus est, a. 1464 Elector Domus Sanctæ Pietatis erat, denique a. 1486 Venetiarum Duci nuper electo Augustino Barbadico gratulaturus orator Venetias missus est.

25 De Ludovico Nogarola hæc Caietanus Da Re e Verza et e libris census exscripsit: A. 1455 Consiliarius Civitatis erat, a. 1457 Pascali Malipetro, a. 1462 Christophoro Mauro, a. 1473 Nicolao Marcello Venetiarum ducibus publico nomine gratulabatur, a. 1471 «pro renovanda fidelitate erga Serenissimum Principem ad Rev. Laurentium Zane Episcopum Veronæ» (debebat dicere Patriarcham Antiochenum, conf. Agostini I. 188), a. 1476. 77. 83 Venetias ob varias causas orator missus est, a. 1469 Gubernator Sancti Montis Pietatis erat. A. 1456 cum matre et uxore viciniam S. Cæciliæ incolebat, a. 1465 cum muliere apud S. Michaelem ad Portam habitabat, ubi usque ad mortem, quam a. 1483 obiisse videtur, sedem habebat. Teste Turresano in Elogiis a. 1452 a Sigismundo Impe-

ratore Venetiis militaria insignia accepit. Eius liberos in tabula genealogica apud Turresanum enumeratos lector inveniet. Placet tamen pauca annotare quæ Caietano Da Re accepta refero. *Raimundus* quidam Nogarola quondam Antonii filius a. 1492 Consiliarius Civitatis erat, qui fortasse alius atque Raimundus Ludovici filius habendus est, nisi errasse Turresanum et Raimundum non Ludovici sed Antonii filium fuisse putes, quod vel ideo probabile mihi videtur, quod in Ludovici testamento a. 1483 facto ex omnium liberorum qui apud Turresanum extant numero præter Vincentium eo tempore fortasse non iam superstitem, solus Raimundus non nominatur, et Raimundus Antonii filius, qui e libro census innotuit apud Turresanum non recensetur. — *Galeottus*, alter Ludovici filius, a. 1490 et 92 Consiliarius Civitatis, a. 1490 Provisor Lanificii erat, a. 1491 et 1501 orator publicus Venetias missus est, a. 1495 et 1509 Elector Sanctæ Domus Pietatis, a. 1496 98, 1500, 1502, 4. 7. 13. 15. 17. 19. 24. 26 Gubernator Sancti Montis Pietatis erat, a. 1501 Leonardo Lauretano quod Dux Venetiarum electus est publico nomine gratulabatur, a. 1523 pro renovanda fidelitate erga Serenissimum Principem missus est. — *Bartholomæam* Ludovici filiam, Hieronymi de S. Sebastiano uxorem, Ludovicus Nogarola Galeotti filius in Dialogo, qui «Timotheus sive de Nilo» inscribitur (Venetiis 1552) «feminam lectissimam» et «ab ineunte ætate litterarum studiis apprime deditam» vocat

Nonnulla e Ludovici testamento supra laudato excerpta eaque satis mendose scripta extant in libro quodam «Stampa Co: Ferdinando Nogarola contro Co: Isotta Nogarola Pupilla allaudo» inscripto et Veronæ a. 1758 edito, de quo infra (in annot. 71) plura dabo. Quorum apographum, quod hic inserere placet, Caietano Da Re debeo.

Testamento di Lodouico Nogarola — 1483. 14 Luglio.

Item reliquit, et legauit Jure institutionibus Nobilibus Adolescentulis, et Minoribus D. Zeneuræ, Isottæ, Cassandræ, Iuliæ, Albæ, Blancæ et Bartholomeæ Filiabus

suis legitimis, et naturalibus ex dicta D. Clara, et cuilibet earum cum nubere contingerit, eas et quamlibet earum dari debere pro Doctibus suis Ducatos sexcentos Auri boni, et justi ponderis pro quaque, et pro cuilibet Dote de bonis suis, et Hæreditate quam tamen Dotem, et summam sexcentorum Ducatorum pro quaquæ augere possint comunis suis infrascripti usque ad Ducatos mille Auri, si eis placuerit, et quam Dotem augere maluerint similiter unicuique earum reliquit, et legauit pro denarijs quando nupserint Ducatos ducentos Auri boni, et iusti ponderis; Quæ etiam denaria arbitrio Commissariorum augeri possint, si vero aliqua ex eis, aut omnes quod Deus auertat ante Matrimonium decederit, seu decederent in infrascriptos Heredes remaneant. Tunc Legata ipsa, seu Legatum decedentium cui decedentis si causa Testamenti facionem habent, et intestate, vel intestate decederint. Si vero Testari voluerint, et potuerint de trecentis tantum Auri ante Matrimonium ipsum testandi facultatem habeant residuo Legatorum Hæredibus remanente; Si autem . . . . Religionem quam Matrimonium aliqua, vel aliquæ effectuauerint, et Monasterium ingredetur, aut ingrederentur tunc ingredienti, vel ingredientibus cuilibet tantum trecentos Aureos Legati, et Institutionis Jure reliquit. Si vero Neutræ, et duobus elligerint, aut elligerit, et juris Genitricæ, vel Fratribus infrascriptis habitare voluerint, tunc eis, et cuilibet earum eodem Jure Legati, et Institutionis reliquit Victum, et Vestitum condecenter, et honorificè apud eos in Domo eorum Fratrum realiter præstari et exiberi, in quibus omnibus præmissis secundum casum contingentem ut supra, sua suis cognoscere refferendo ipsas Filias suas, et quamlibet earum sibi Hæredes, et Hæredem fecit, et instituit, ac esse voluit. Jubens, et mandans ipsas, et quamlibet earum tacitas, et tacitam fore et esse debere de omni, et toto eo quod petere possent aut habere deberent in Bonis, et Facultate ipsius Testatoris tam ratione Legitimæ debitæ Jure naturæ, Tri-

bellianicæ, vel Falcidiæ, quam omni, et qualibet alia ratione, iure, modo, vel causa. Deinde reliquit et legauit Magn., et Generoso Militi Dom. Antonio de Nogarolis Fratre suo, quem diligit qu. præfacti D. Leonardi de Nogarolis partim ipsius Testatoris Domus de S. Cecilia in qua habitat Legatorius ipse ut ipse eam in totum habeat, et ea quidem Lege fecit vid. quod omnia Bona quæ fuerunt de Bonis et Hæreditatibus q. Dom. Blancæ eorum Matris, et D. Isotæ eorum sororis in totum remaneant Hæredibus dicti Testatoris, et de eis ad ipsum Magn. D. Antonium nihil pertinent etce.

Commissarios autem suos, et huius suæ ultimæ voluntatis et Testamenti Executores instituit, ordinauit, et esse voluit præfactam Mag. Dom. Claram Consortem suam, Magnificos Milites D. Antonium de Nogarolis eius Fratrem D. Christoforum de Peregrinis, nec non D. Zenonem de Turchis quibus omnibus, seu maiori parti eorum attri buit et convenit Auctoritatem, Bailiam, et Potestatem prædicta omnia exequendi, et adimplendi, et propter ea vendendi, et alienandi de Bonis, et Hæreditate pro norma omnium prædictorum exequendorum.

In omnibus autem alijs suis Bonis Mobilibus, et immobilibus, juribus et actionibus ubicumque sint, et esse reperiantur suos universales Hæredes instituit, et esse voluit dilectos filios suos legitimos, et naturales Galeotum, Alexandrum, et Carolum æqualiter, et æquis portionibus quo ad invicem substituit vulgariter pupillariter, et per Fidecomissum ; si quis eorum sine filiis legitimis, et naturalibus decederent, ita quod alteri, altero defficientibus filiis prædictis succedant. Si vero decederent omnes absque liberis legitimis, et naturalibus, et de legitimo Matrimonio procreatis : Tunc eisdem sic decedentibus proximiores Agnatos Masculos de Legitimo Matrimonio natos de Familia ipsorum Nobilium de Nogarolis, in Stirpem, et non in Capita substituit ut ante vulgariter pupillariter, et per Fideicomissum ; Prohibens, et omnino vetans ipsis filijs

suis institutis Alienationem quorumcumque Bonorum ipsius Testatoris, ut in Descedentes ipsorum Hæredum institutorum, vel substitutorum Bona ipsa deuenire possint; Quod si contra attemptauerit ipso iure non valeat irritum quoque sit, et inane etce.

[26] *Zenevera* et *Isota* est vera hæc nomina scribendi ratio, quam e litteris ipsa Zeneveræ et Damiani Burgi manu scriptis elicuimus. In Blancæ Nogarolæ testamento *Zenevra* et *Ysota*, in Damiani Burgi litteris ad Isotam datis *Zenebra* scriptum legimus. Præterea etiam *Ysotha*, *Isotta*, *Ginevra*, *Ginebra* scriptum reperitur.

[27] Confer quæ Antonius Cartolari («Familie già ascritte al nobile consiglio di Verona» p. 192) e libris census enotavit: «1409 De Nogarolis Nob. Ioannes et Leonardus q. Antonii de S. Cæcilia. — 1418 Nob. vir Leonardus q. D. Antonii de S. Cæcilia. — 1425 Leonardus q. D. Antonii de S. Cæcilia.» Sed iam a. 1433 Leonardi filium Antonium in patris locum successisse videmus: «1433 Nob. Miles D. Antonius cum fratribus et matre de S. Cæcilia.» — De sororum ætate hæc notanda sunt. Zeneveram sororem natu maiorem fuisse e tabula genealogica apud Turresanum et ex eo elucet, quod in litteris ad utramque sororem una scriptis Zeneveræ nomen pæne semper præcedit. Tum de anno, quo Isota mortua est, nulla dubitatio moveri potest, cum Philippi Bergomensis testimonium, qui a. 1466 eam decessisse tradit, eo firmetur quod Marii Philelphi carmen de Isotæ vita et morte a. 1468 conscriptum est. At falsissimum est, quod item apud Philippum Bergomensem legitur, annos octo et triginta natam eam e vivis sublatam esse, quo concesso a. 1434 sex annos nata Hermolao Barbaro in Protonotariorum collegium recepto litteris scriptis congratulata esset. Auxit errorem, quod apud Scipionem Maffei in Verona Illustrata (II. III. p. 96) typographi culpa annus 1446 Isotæ fatalis fuisse traditur, qui error iam ab Agostinio explosus (Scrittori Viniziani I. p. 60) permultos viros doctos transversos egit. Peius

etiam inedita de doctis familiæ Nogarolæ feminis commentatio, qua ut uteremur Giuliarium nobis concessisse supra memini, tabulam illam genealogicam a summo Veronensium magistratu probatam secutus Isotam a. 1378 natam a. 1466 annos octo et octoginta natam decessisse affirmat. Quæ vix tanta fiducia protulisset, si legisset, quantopere Damianus Burgus a. 1439 ne Isota nimirum sexaginta annos nata illecebris iuvenum Venetorum irretiretur timeret. Res ad liquidum perducitur ea epistola, quam Iacobus quidam Veronensis amico Ludovico, qui et ipse Veronensis fuit, quos Iacobum Lavagnolam et Ludovicum Cendratam fuisse suspicatus sum et Remigio Sabbadini persuasi, scripsit post a. 1433, quo Antonius Nogarola militaria insignia a Sigismundo Imperatore accepit, et postquam iam plurimæ sororum epistolæ in lucem prodierant, sed ante medium annum 1438, quo tempore Zenevera Brunorio Gambaræ nupsit et antequam Iacobus Lavagnola Bartholomæam Nogarolam, ex qua exeunte a. 1440 tres minimum susceperat liberos, in matrimonium duxisset, nam cognationis vinculis Iacobum cum Nogarolis coniunctum fuisse quin credamus toto epistolæ argumento prohibemur. Quibus rebus ad a. 1436 vel 1437 deducimur. Iam si in hac epistola hæc de Zenevera et Isota scripta legimus: «quamquam nondum suæ vitæ quatuor lustra compleverunt» quæ sorores propius a quarto quam a tertio lustro abesse innuere videntur, simulque, quomodo facillime Philippi Bergomensis errorem explicare possimus quærimus, in ea sententia subsistemus, Iacobi illius epistolam a. 1436 scriptam esse, quo tempore Isota a. 1418 nata annos duodeviginti, Zenevera fortasse undeviginti numerabat et tantum mendo scripturæ factum esse ut apud Philippum Bergomensem Isotam octo et *triginta* pro octo et *quadraginta* annos natam decessisse legatur. Et decem annorum errorem apud Philippum Bergomensem statuendum esse vidit Remigius Sabbadini in «Giornale Storico della letteratura Italiana» (VI. 1885 p. 164) et ante eum Baptista Gamba in

«Strenna Veneziana per 1865 quarto anno» et iam Weiss in «Biographie Universelle» (Parisiis 1826), in cuius nova editione «Nouvelle Biographie Universelle» (Parisiis 1853) Isota circa a. 1420 nata esse perhibetur. Carli (Storia di Verona VI. p. 263) eam a. 1408 natam esse nullis rationibus allatis refert, quem non multum a vero aberrasse Cæsaris Cavattonii erat sententia.

[28] Huius orationis unicus ut videtur codex autographus, qui olim Veronæ in Bibliotheca Saibantiana asservabatur, nuper una cum multis aliis Bibliothecæ Ashburnhamensis codicibus in Italiam reversus est. Vide librum qui inscribitur: «Relazione alla camera dei deputati e disegno di legge per l'acquisto di codici appartenenti alla biblioteca Ashburnham descritti nell' annesso catalogo. Roma, 1884» p. 16 loco CXII.: «*Leonardus de Nogarolis*, de Rerum Quidditatibus, de Immortalitate Animæ, et *Oratio ad Vicentinos pro Omnibono*. Cod. cart. in folio del XV. secolo. Autografo.»

[29] «Oratio funebris pro clarissima domina Elisabetha de Nogarolis, uxore clarissimi equestris ordinis viri domini Iacobi de Thienis edita ab Omnibono Leonicensi» extat in codice Vindobonensi 3330, ex quo iam Ioannes Andres in Catalogo Codicum qui in Bibliotheca Marchionum Capilupi asservantur (Catalogo de' Codici manoscritti della Famiglia Capilupi di Mantova illustrato dall'abate Don Giovanni Andres. Mantova 1797) enotaverat, quo magis mirari possumus, quod hæc oratio novissimos scriptores, qui de Omnibono Leonicensi commentati sunt, Franciscum Spagnolo (Elogio di Ognibene Leoniceno, Vincentiæ 1868) æque ac Remigium Sabbadini (Lettere inedite di Ognibene da Lonigo con una breve Biografia. Lonigo 1880) latuit. Sero comperi hanc quoque orationem in Additamentis huius commentationis, quæ Remigius Sabbadini actis quibusdam diurnis inseruit, commemorari. De nobili Thienæa familia pauca quædam leguntur apud Tomasinum in Elogiis (Patavii

1044) p. 34—39, ubi quod p. 37 de Iacobo quodam Thienæo dictum legitur («Iacobus I. C. Principi Venetæ patriæ nomine urbem Vicentiam tradidit») num ad Elisabethæ Nogarolæ maritum spectet, ignoro. Aliam eiusdem Omniboni orationem ineditam in eodem Codice Vindobonensi legi (fol. 292*a*—296*a*): «Clarissimi atque eloquentissimi viri Omniboni Leonicensis oratio ad illustrem principem Mantuanum eiusque populum habita de laudibus Sancti Bernardi, quo tempore eius coronatio publicæ *(sic)* declarata est. »— In tabula genealogica apud Turresanum Elisabetha, de cuius marito nihil ibi legitur, Antonii Nogarolæ filia, Angelæ et Leonardi Nogarolæ soror dicitur; Vicentiæ eam vitam degisse ex Omniboni oratione apparet.

30 Huius viri nomen ex inscriptione litterarum, quas Guarinus illi a. 1440 scripsisse videtur quodque in indice epistolarum Guarini a Remigio Sabbadini confecto (Guarino Veronese e il suo epistolario edito e inedito, Salerno 1885) p. 13 LXIV. loco recensetur (Guarinus suo Martino Rixonio S. p. d.) tum ex hac codicis cuiusdam Saibantiani subscriptione in Archivio Veneto VII, 1. 161 citata novimus: «Ex emendatissimo Guarini Veronensis exemplari [Iustini] transcriptus ab Alessio Germanico anno domini MCCCCXXXIII: post autem ad idem exemplar emendavit Martinus Rizonus Veron. ipsius Guarini discipulus». Hic Martinus usque ad medium annum 1425 una cum matre et fratre Veronæ commoratus est, ubi cum Madio iurisconsulto et Ioanne Nicolao Salerno equite amicitiam contraxerat. Eo fere tempore a Guarino, cuius disciplina hucusque utebatur, Venetiis in domo Ioannis Tegiacii collocatus est, qui filios præsertim Ludovicum instituendos ei tradidit. Venetiis in familiaritatem Bonsignorii, Francisci Barbari et Leonardi Iustiniani venit. Anno 1426 recepit se orationis a Guarino in funere Ioannis Nicolai Salerni habitæ exemplaria Venetiis diffusurum esse. Eodem tempore annuum eius salarium a Tegiacio auctum est suadente Guarino, a quo sæpe per litteras bona consilia de

docendi et se ipsum instituendi ratione ac via accepit. Ineunte anno 1427 consilium cepit locum mutandi et legum studio se tradendi, sed cum aliquanto post Tegiacius nescitur qua causa commotus Bononiam se cum suis contulisset, eum huc quoque secutus est. Mense Augusto iam Bononiæ eum fuisse constat, ibique etiam per maiorem anni 1428 partem commoratus est, dum fortasse metu seditionis mense Augusto contra dominationem pontificiam motæ Florentiam se contulit, ubi adhuc a. 1430 fuit. Haud ita multo post in patriam reversus esse videtur, et probabilis est coniectura eum ibi non ludo litterario præfuisse sed totum se Nogarolæ familiæ dedisse. Pestilentia et bello eum quoque ut Veronam relinqueret et Venetias (num una cum Nogarola gente?) se conferret compulsum esse ex Guarini epistola supra laudata elucet. Denique notandum est a. 1428 eum religiosam vitam amplectendi consilium cepisse et mense Septembri vel Octobri a. 1435 Veronæ Francisco Barbaro prætura se abdicanti publico nomine orationem habuisse, quæ una cum sex aliis eiusdem Martini orationibus Rovereti in codice abbatis Hieronymi Tartarolti et Venetiis in codice Iacobi Soranzo extabat (cf. Mazzuchelli, Gli Scrittori Italiani II, 1. 265 nota 26). Præterea Martini Veronensis epistola ad Guarinum scripta legitur in codice Vaticano 5126 fol. 144, ex quo enotavit Sabbadini (in libro supra laudato p. 15, loco XXXV.; epistola inc. «Binas hoc tempore litteras tua ab humanitate» et data est Venetiis XII. Kal. Nov.), denique «Oratio Martini Veronensis nuptialis feliciter incipit» folio 186*a* codicis Vindobonensis 3330 (expl. fol. 187*b*), quæ ab auctore in nuptiis Federici Castelbarcæ et Elysabethæ Fracastoriæ habita est. Alia Guarini ad Martinum epistola a Remigio Sabbadini in libro supra laudato p. 48 loco DXXV. affertur. Ceterum confer Scipionem Maffei in Verona Illustrata II, III. p. 278: «Di Martino Rizzoni più Orazioni ed altri sì fatti scritti ritrovansi ne' testi a penna: fioriva l'anno 1440.» Idem p. 94

de Marco Rizzoni theologo, p. 131 de Iacobo Rizzoni, qui a. 1439 Orpheum traduxit, plura profert.

[31] Hermolaus Barbarus in Francisci patrui litteris die XV. mensiis Iulii a. 1434 ad Communitatem urbis Vicentiæ datis primo Protonotarius Apostolicus vocatur (confer Remigium Sabbadini: Centotrenta lettere inedite di Francesco Barbaro. Salerno. 1884 p. 20). A. 1443 iam episcopus Tarvisinus erat.

[32] De Georgio Bevilacqua pauca quædam leguntur apud Rosminium (Vita e disciplina di Guarino Veronese. Brescia. 1806. III. p. 72—76). Caietanus Da Re hæc mihi de eo scripsit: Antonius Turresanus (Elogiorum ... p. 40) ubi de familia Bevilacqua de Lazisio (sive Boninventi) loquitur *Antonii* Bevilacquæ meminit qui a. 1404 Henrici Imperatoris eius nominis Secundi cubicularius erat. Ab hoc Antonio castellum Loncis in Vindelicia erectum esse dicitur, a quo nomine Loncisia in Lazisia mutato familia nomen traxisse videtur. *Pax* quidam Bevilacqua Friderici Barbarossæ magister equitum una cum Antonio Nogarola rei publicæ Venetæ nomine Tridentum regebat. *Adrigettus* et *Parentius* a. 1277 in Mastinum Scalam conspiraverunt. Nonnulli ex hac familia testibus libris census a. 1409. 1418. 1425. 1433 in vicinia Sancti Salvatoris habitabant. Noster *Georgius* quibus cognationis vinculis cum aliis huius familiæ viris coniunctus fuerit non liquet, sine dubio autem idem Georgius est quem Ioannes Antonius Verza in libro supra laudato nonnulla publica munera gessisse refert. A. 1437 Consiliarius Civitatis erat, ab a. 1439 usque ad a. 1441 et iterum ab a. 1447 ad a. 1450, denique a. 1453 in curia Prætoris rem publicam gessit, a. 1443 Vicariatum Domus Mercatorum, unum ex honorificentissimis publicis muneribus gessit, a. 1466 Prætor Legnagi erat. *Hieronymus* quidam Georgii Bevilacquæ de Lazisio a. 1494 Consiliarius Civitatis erat. — Alii etiam Bevilacquæ de Lazisio publico munere functi memorantur: *Michael*, a. 1408 Consiliarius Civitatis, a. 1427 Vicarius Domus Mercatorum, a. 1423 Provisor Communis. — *Bonin-*

ventus, a. 1410 Consiliarius Civitatis. — *Antonius*, a. 1437 Consiliarius Civitatis. — *Bartholomæus*, a. 1445 Consiliarius Civitatis, a. 1454, 58, 61 &c. Provisor Lanificii. — *Iacobus*, a. 1448 Consiliarius Civitatis. — *Ludovicus*, a. 1448 et 1454 Consiliarius Civitatis, a. 1455 Vicarius Suavii &c. — *Franciscus*, a. 1461 Consiliarius, a. 1469 Vicarius Gardæ. — *Daniel*, a. 1475 Consiliarius &c. — Ceterum Georgium nostrum ab a. 1420 usque ad a. 1423 Guarini discipulum fuisse ex ineditis Guarini litteris apparet.

33 Confer Rosminium l. l. : «La sua *Storia della Guerra Gallica* indirizzata a Marco Donato che inedita conservasi nella libreria Veronese Muselli. Essa è divisa in tre libri, ne'quali si descrive la guerra de'Veneziani con Filippo Maria Visconti Duca di Milano in compagnia del Marchese di Mantova, cominciata l'anno 1438». Huius operis, quod Franciscus Barbarus impatienter expectavit, codex in Bibliotheca Capituli Veronensis nr. 286 signatus, alius teste Agostinio (I. p. 204) Romæ in Bibliotheca Vaticana (nr. 5264) extat, alius in Catalogo Bibliothecæ Ashburnhamensis supra citato p. 21 nr. 224 laudatur : «Georgii Bevilaquæ de Lacisio Historia de Bello Gallico. Cod. cart. del XV. secolo. Importante ma incompleto.» Exemplar, quod Scipio Maffei Veronæ in Bibliotheca nobilissimæ familiæ Bevilacqua (quæ diversa est a familia Bevilacqua de Lazisio) vidit, hunc præ se ferebat titulum : «Præstantissimi I. C. Georgii Bevilacquæ de Lacisio ad virum Patritium Marcum Donatum I. C. Historia de Bello Gallico» (Verona Illustrata II, III. p. 98). Longa ad eundem «Georgium Lazisium Iurisconsultum clarissimum» de difficillima doctrinæ palma capessanda extat epistola Laurentii Zane Archiepiscopi Aspalatensis Gardæ Idibus Decembribus 1456 data (apud Agostinium I. p. 198—204). Item longas Georgii nostri epistolas Scipio Maffei e codice Saibantiano 718 noverat (Verona Illustrata II, III. p. 98), atque e codice quodam Saibantiano Georgii epistola Veronæ pridie Idus Iunias 1445 ad fratrem Andream scripta, qui improviso con-

silio sacerdotum ordini se devoverat, citatur in Archivio Veneto (VII, I. p. 177—179). — Præterea opus quoddam «Flores ex dictis B. Hieronymi collecti» inscriptum nostro Georgio tribuitur a Quirino (Diatr. Prælim. p. 353), Rosminio (Vita e disciplina di Guarino Veronese III. p. 75) et Maffeio (Verona Illustrata II, III. p. 98). Sed confer, quæ idem Quirinus alio eiusdem operis loco (p. 371) de nostro Georgio dicit: «at quum ibi [apud Maffeium] unus quoque censeatur cum Georgio, cuius diximus extare Epistolam ad Zachariam Barbarum, præfixum libro: Flores ex dictis b. Hieronymi collecti [apud alios male *collectis* scriptum est], refragatur huic opinationi eiusdem epistolæ textus allatus in Ephemeridib. Erud. Ital. qui Georgium hunc filium esse prioris palam declarat.» Et recte quidem. Nam Apostolus Zeno (Giornale de' Letterati d'Italia. XXVIII. Venezia 1717 p. 144), ubi Zachariam Barbarum a nonnullis eiusdem temporis auctoribus Francisci filium dici refert, hæc protulit: «Uno di questi sara Giorgio da Lazise, Giurisconsulto ed Istorico Veronese, il quale dedicando a lui l'Opera intitolata, *Flores ex dictis B. Hieronymi collecti*, che manoscritta è nella sopradetta libreria de' Signori Grimani, dice, che Giorgio suo padre et propter virtutem, et propter virtutum et studiorum modo iurisconsultorum et humanitatis similitudinem, cum Francisco Barbaro patre tuo, equite sapientissimo, et viro integerrimo, et propugnatore summa benevolentia coniunctus fuit.» Videtur tamen Apostolus Zeno Georgium nostri filium minus recte iurisconsultum et historicum dicere.

34 De Iacobo Lavagnola eiusque familia hæc a Caietano Da Re accepi: Teste Turresano (Sect. II. p. 237 sqq.) Lavagnola familia e Saxonia oriunda erat, quod antiquo nummo apud Turresanum probatur, in cuius fronte caput iuvenis cum hac inscriptione: *Raymundus Lauagnolus Co: et Comissarius Saxoniæ*, a tergo insignia familiæ cum inscriptione *Imperator Conradus 1048* spectatur. De duobus præclaris huius familiæ medicis, *Iacobo* et *Avan-*

tio Lavagnolis confer quæ Flavius Blondus in eo Italiæ Illustratæ capite quod est de Marca Tarvisina refert: «Medicosque genuit Verona sui sæculi præstantissimos Avantium et Iacobum, cuius nomen refert et cognomen Iacobus equestris ordinis Lavagnolus humanitatis studiis et eloquentia exornatus.» In libro census viciniæ S. Marci a. 1409 Iacobi Lavagnolæ medici ut iam defuncti fit mentio. Reliquit viduam, quæ a. 1433 adhuc inter vivos versabatur, et filium *Thomam*, qui inter a. 1425 et 1433 mortuus est relicta uxore Libera, quæ teste libro census a. 1418 heres Iuntæ de Guarenti erat et a. 1447, fortasse etiam a. 1456, adhuc superstes erat. Anno certe 1453, quo anno filium Iacobum amisit, nondum, ut ex Ludovici Fuscareni litteris apparet, vitam morte commutaverat. — Noster *Iacobus* Thomæ filius, qui ab a. 1420 usque ad a. 1429 Guarini disciplina utebatur, Bartholomæam Nogarolam uxorem duxit, quod quo tempore factum sit, cum in libris census nulla uxoris mentio fiat (anno demum 1456 mortuo iam marito «Thomasius q. d. Iacobi de lauagnolis, cum fratribus, matre et avia» legitur in libro census) tantum ex Damiani Burgi litteris pridie Kal. Decembres a. 1440 datis erui potest, in quibus Bartholomæam cum coniuge et primis liberis bene valere sed funus postremæ eius infantis dolere dicit. — Iacobus Lavagnola igitur, qui die XV. mensis Septembris a. 1433 a Sigismundo Imperatore militaria insignia in arce Pisceriæ accepit, a. 1432 Consiliarius Civitatis, a. 1440. 41 Sapiens Guerræ erat, a. 1442. 46. 48. 51 ob varias causas orator Venetias missus est (conf. Verzam I. p. 121 sqq.). In libris census a. 1433 nobilis miles, a. 1443 et 1447 spectabilis miles dicitur. Præterea senator urbis Romæ et a. 1446 (?) teste Michaele Cavicchia apud Turresanum prætor Bononiæ erat. Die XV. mensis Septembris a. 1453 Romæ, ubi de opprimenda coniuratione Stephani Porcari bene meritas est, de qua re conferas Rosminium (Vita e disciplina di Guarino Veronese III. p. 63. 64), mortuus est. Eius sepulcrum in sacello

Peregrinorum quod est Veronæ in templo S. Anastasiæ visebatur in hunc modum inscripta: «Clariss. Militis D. Iacobi de Lavagnolis Hæredumque sepulcrum qui sub Nicolao Pontifice MCCCCLIII. Romæ obiit.» Ad dexteram Iacobi simulacrum pectore tenus effictum stabat, quod ita erat inscriptum: «Iacobus Lavagnolus Senator Urbis» ; confer Carolum Cipolla, Ricerche storiche intorno alla Chiesa di S. Anastasia. Venezia. 1882 p. 64. — Quattuor autem Iacobi filii memorantur, Thomas, Hieronymus, Gregorius, Augustinus, quorum census die XXIX. mensis Decembris a. 1469 divisus est (confer Acta Consilii). *Thomas* a. 1470. 71. 72 in curia Prætoris rem publicam gessit et a. 1471 ad Venetiarum Ducem Nicolaum Tronum gratulaturus missus est. — *Hieronymus* a. 1470 Consiliarius Civitatis, a. 1479 Vicarius Domus Mercatorum, a. 1480 Provisor Communis erat, a. 1477 in curia Prætoris rem publicam gessit. — *Gregorius* a. 1484 Consiliarius Civitatis erat et in Curia Prætoris rem publicam gessit, a. 1497 Prætor Legnagi erat, Venetias a. 1486 Duci Marco Barbadico gratulaturus, a. 1491 ob varias causas orator missus est. Hieronymi et *Augustini* sepulcra in eodem templo in sacello Sancti Vincentii erant.

35 Damianus Burgus die XX. mensis Augusti a. 1438 ad Isotam «Venetiis in domo spectabilis militis domini Antonii Bonromei» habitantem scripsit. Isotæ litteras in textu laudatas ante hoc tempus scriptas esse probari non potest, nihilominus verisimile videbitur ei qui quomodo Isota suum litterarum studium apud patruum excuset consideraverit, nam nulla amplius excusatione opus fuisse videtur si Isotam per tam longum tempus Antonii consuetudine usam esse statuimus. — De Antonio Bonromeo Blancæ Nogarolæ fratre hæc apud Littam leguntur : «Gli toccarono beni in Bologna, Verona e Padova, e 12800 fiorini d'oro. Si crede che leggesse in Pavia. Si ritirò poi in Padova, ovè fondò la cappella della Madonna nella chiesa de' Servi. Nel 1443 comprò dall'offizio de' Sopraconsoli di Venezia il feudo della Tisana nel Friuli, che dai figli fu venduto nel

1454 ai Malombra, dai quali passò poi nel 1457 ai Vendramino.»

36 De eadem re duæ sub Isotæ nomine extant epistolæ, altera in eis codicibus, quæ plerasque Isotæ epistolas complectuntur, altera in unico codice Vindobonensi 3494, in quo «sequuntur alique epistole illarum poetarum quas quoniam nostra etate in feminis raro doctrinam cum eloquentia invenimus apponere studium tam habendi quam scribendi constitui *ex ipsis originalibus earum.*» Ubi nisi Isotæ nomen Zeneveræ nomini multo minus noto substitutum esse credis, prona est suspicio epistolam in solo codice Vindobonensi servatam e primo Isotæ litterarum exemplo descriptam esse.

37 Confer Leonelli Estensis litteras III. Non. Nov. a. 1436 ex agro Coparii ad Guarinum scriptas, quas Remigius Sabbadini e codice Ambrosiano C. 145 descripsit (V. Guarino Veronese e il suo epistolario edito e inedito. Salerno 1885 p. 18 nr. 135): « . . . . Nam quid de fructibus abs te perceptis dicam? Non potuisse, vir insignis, hac tempestate me cumulatiori munere et eximii saporis fructibus donare; mirum sane nescio quem redolent saporem adeo ut in eorum degustatione summam voluptatem pariter et suavitatem ceperim. Nam cum ceteri fructus malos ingenerent humores et soli gulæ delenimento inserviant nec ad debilitatem, hi quibus nuper me donasti hominem reddunt saluberrimum, animos depascuntur et ad perpetuitatem sunt non solum nobis sed posteris profuturi. Hos igitur ingenii et studiorum fructus quos a duabus tuæ civitatis virginibus collegisti collectosque ad me misisti, non admirari non possum et summis prosequi laudibus eoque magis quod abs te, qui huiusce rei non negligendus testis es, mirum in modum probantur tollunturque. Mea quidem imbecilli sententia suopte ingenio magnum quemque effingere videntur oratorem. Quid porro de ornatu dicam? Tacebo gravissimas sententias et exemplorum copiam, quorum adeo refertæ sunt, ut quamplures

(hui quid dixi) omnes auctores familiares habere videantur. Illud equidem non parvi facio, quod id mulierum genus etsi antea perrarum fuit hoc tamen tempore perrarissimum esse consuevit. . . .» Quibus Leonelli litteris Guarinus ex urbe Verona III. Non. Decembris a. 1436 hæc inter alia rescripsit (conf. Remigii Sabbadini librum supra laudatum p. 39, nr. 403): « . . . Subinde cum agelli nostri fructus avere te pro tuo in studio bonarum artium et eruditionis amore videam, quando nullos ex meis mittere liceat (sum enim zonæ torrentis arena sterilior), ex alienis mutuabor hortulis, quod eleganti sapore degustandum accipias. Nec dubito quod prioribus hæc inferiora minime iudicabis, quæ ex eadem officina deprompta conspicies, bonam ex eis pro tuo iure partem possidens . . .»

38 Confer Ioannem de Schio, Vita di Antonio Losch p. 120. et Remigium Sabbadini, Centotrenta lettere di Francesco Barbaro p. 22, 78.

39 Familia Cendrata fortasse Patavio oriunda erat (conf. Turresanum in op. cit. sect. I. 88). *Nicolaus* Cendrata q. Veronesio ex vicinia Falsurgi (hodie SS. Apostoli), qui in documento die VII. mensis Maii a. 1389 occurrit (Arch. Guarini-Gualengo) et a. 1405 Consiliarius Civitatis erat (confer Acta Consilii), *Thadeæ* Cendratæ Guarini Veronensis uxoris pater erat. *Baptista* Cendrata Bartholomæi filius de vicinia Clavica, publicus notarius, qui frequenter ad Guarinum litteras dedit ab eoque vicissim accepit et a. 1433 una cum fratre in vicinia Clavica habitabat, fortasse idem habendus est atque Ioannes Baptista Cendrata, qui a. 1424 Consiliarius Civitatis, a. 1424 et 1429 Provisor Communis erat. Anno 1441 mortuum esse infra videbimus et a. 1456 iam mortuum fuisse e libro census huius anni apparet, in quo ex vicinia Clavica «*Ludovicus* Cendrata qd. Baptistæ» Isotæ ille amicus et Damiani Burgi e sorore ut videtur nepos affertur. Hic a. 1452 Consiliarius Civitatis, a. 1456. 61. 71. 76. 81. 84. 90 Provisor Communis erat, a. 1491 orator Venetias mis-

sus est, a. 1472 Sindicus pro sindicandis Vicariis et Iudicibus Dugalium, a. 1488 Provisor Lanificii erat, ab a. 1467 usque ad a. 1497 duodevigesies in curia Prætoris rem publicam gessit (conf. Verza II. 46 sqq.). Notarium eum fuisse e libro census a. 1465 apparet. — *Bartholomæus* Cendrata quidam a. 1473 Consiliarius Civitatis erat et a. 1485 in curia Prætoris rem publicam gessit &c. — *Ludovicus* noster a. 1440 adhuc Ferrariæ apud Guarinum morabatur, in litteris enim Ferraria III. Non. Ianuarias a. 1440 datis Damiano Burgo avunculo filii morte contristato dolorem suum declaravit. Postero anno iam Veronæ eum fuisse inde apparet, quod Hieronymus Guarinus in litteris Kal. Octobribus ad eum datis, quarum notitiam Remigio Sabbadini debeo, eum de morte patris eo ipso anno defuncti consolabatur. Ceterum mirum me habet, quod Pamphilus Saxus in elegia, quæ in editione Brixiana a. 1499 decimo quinto loco legitur «deplorat immaturum funus Ludovici Cendrate», qui annum ætatis octogesimum excessisse videtur quique ex una uxore liberos triginta duo se procreasse ipse testatus est. Hoc saltem Pamphili Saxi testimonio lucramur, Ludovicum, quem a. 1497 inter vivos adhuc versatum esse constat, ante a. 1499 decessisse, quod eo quoque firmatur, quod a. 1500 filiorum Baptistæ et Hieronymi census divisus est. Ceterum confer Rosminium in vita Guarini Veronensis III. p. 70. 71.

4º De Tobia Burgo confer præsertim, quæ Rosmini in libro laudato (II. III. p. 76. 77) et Irenæus Affo (Scrittori e Letterati Parmigiani II. p. 212—217) de eo rettulerunt. In libro census a. 1443 ex vicinia Sanctæ Cæciliæ «Tomasius et Thobias fratres de Burgo cum uxore suprascripti Tobiæ» nominantur et idem Tobias a Consilio Urbis Veronæ die VI. mensis Decembris a. 1443 Iudex Dugalium creatus est (Acta Consilii D 191), cui magistratui aquarum et viarum cura tradita erat. Ex eadem familia oriundus erat «Baptista draperius de burgo q. Tobioli», qui in libro census a. 1433 ex vicinia S. Cæciliæ affertur.

[41] Confer hæc Tobiæ Burgi verba: «Reliquum esset nunc, clarissimæ virgines, de nuptiis novellis vobis gratuari, quod tamen in præsentia omittam, tum quod in carmine meo perstrinxi tum vero ne delicatissimas aures vestras nimia loquacitate obtundam. In aliud igitur et aptius tempus differemus». Ubi novellæ nuptiæ insolito sane dicendi genere nuptiæ brevi post futuræ dictæ esse videntur, nam eo tempore quo Tobiæ epistola scripta est Zeneveram nondum Brunorio Gambaræ nupsisse inde apparet, quod Tobias sorores virginum nomine designat. Neque de alius Blancæ filiæ nuptiis cogitare licet, cum in Tobiæ litteris æque atque in Isotæ responsione semper de carmine Zeneveræ et Isotæ laudibus pleno sermo fiat et alia quædam soror ne verbo quidem significata sit. De tempore autem quo Tobias ad sorores scripserit notandum est Guarini honorificum de sororibus iudicium Tobiæ iam notum fuisse, quamquam nescimus, utrum ex litteris ad Iacobum Foscarum et Leonellum Estensem datis an ex iis quas ad ipsam Isotam scripserat. Illud ea de causa minus probabile videtur, quod post epistolam ad Isotam scriptam demum iuvenes Ferrariæ litteris operam navantes sorores litteris adierunt. Tobias autem Ferrariæ suum carmen suamque epistolam ad sororum laudem scripsisse inde apparere videtur, quod Guarinum præceptorem suum vocat et cursu studiorum peracto aliorsum se conferre voluit; in calce enim epistolæ sorores orat, ne quid ad se scribere indignum putent, ut dum in peregrinas terras proficiscatur, admirandæ earum doctrinæ testimonium perhibere possit. Et paulo post profecto Venetias se contulisse videtur; legimus enim in Nicolai Venerii litteris ad sorores die VIII. mensis Iunii a. fortasse 1438 scriptis Tobiam Burgum *elapsis diebus* in Veneriorum domo moratum esse, Nicolai Venerii autem litteras re vera a. 1438 scriptas esse nde concludo, quod licet ad *Zeneveram* et Isotam de *Nogarolis* scriptæ sint, nusquam tamen usitatissima illa celeberrimarum *virginum* adlocutio neque in inscriptione neque in ipso

textu nobis occurrit ac si scriptor timuisset, ne quo tempore litteræ redditæ essent Zenevera haud iam virgo appellanda esset. Et Zenevera sane mense Iunio a. 1438 iam viro collocata esse videtur; matrem certe, sorores et fratres, quos die XX. mensis Augusti a. 1438 Venetiis iam fuisse scimus, eam Venetias non comitatam esse constat. Postremum hoc addo, ab Antonio Cassario in litteris Kal. Martiis (a. 1438; conf. notam 43) Venetiis scriptis Tobiæ epistolam significari, ab Hieronymo autem Guarino et Ludovico Cendrata, quorum litteræ exeunte a. 1437 et ineunte a. 1438 scriptæ sunt, nihil omnino de Zeneveræ nuptiis proferri, quod certe non omisissent, si eo tempore quidquid de ea re Ferrariæ innotuisset. Tobiæ Burgi igitur epistolam mense Ianuario vel Februario a. 1438 scriptam esse haud improbabilis mihi videtur coniectura.

42 Confer quæ Isota in calce litterarum Nicolao scripsit: «Plurimam salutem Andreæ fratri tuo agnatoque meo nunties velim.»

43 Apud Tiraboschium in Historia Litterarum Italicarum (XVI. p. 44) hæc de Petro Ransano, qui a. 1428 Panormi natus est, leguntur: «dopo aver appresi i primi elementi da Antonio Cassarino [sic] professor celebre in quella città recossi ancor giovinetto insieme con Teodoro Gaza» &c. Antonii Cassarii litteras Kalendis Martiis scriptas anno 1438 tribuendas esse inde apparet, quod Guarini Veronensis ad Isotam epistola, quam tecte denotat, die X. mensis Aprilis a. 1437 data est, anno autem 1439 Isota et ipsa iam Venetiis morabatur et Antonii epistola eo quo scripta est tempore Isotam non Venetiis fuisse clare ostendit.

44 Franciscus Condulmerius a. 1439 Episcopus Veronensis electus esse videtur, sed quo die a Pontifice Maximo Episcopus creatus esset, etiam apud Gamsium in Serie Episcoporum (Ratisbonæ 1873) frustra quæsivi. Hieronymus Della Corte in libro qui «Dell'Istorie della città di Verona» inscribitur (Venezia 1744, III. p. 56) Guidonem

Memum, quem Franciscus Condulmerius in Episcopatu Veronensi secutus est, die XIX. mensis Octobris a. 1438 e vita decessisse refert. Ceterum Franciscus Stefani in descriptione genealogica familiæ Condulmeriæ apud Pompeium Littam hæc de eo scribit: «Giovanni Francesco nel 1438 ebbe il vescovado di Verona e andò quattro anni dopo a prenderne possesso reggendolo poi dalla corte dello zio [Eugenii IV. Pontificis Maximi], dove vivea con regio fasto». Isota autem novo Episcopo Venetiis scripsisse videtur, neque ex eo, quod Veronam *hanc urbem* in epistola vocat, ex urbe Verona eam scripsisse probatur.

45 De Feltrino Boiardo nonnulla leguntur apud Pompeium Littam in descriptione genealogica familiæ Boiardorum de Regio: «1403 accompagnò il marchese Nicolò III. d'Este nelle guerre che si destarono alla morte di Giangaleazzo duca di Milano, e quindi in quella del 1409 contro Ottobono Terzi. In questo istesso anno fu nominato governatore di Reggio.» A. 1413 dominum suum Hierosolymam comitatus est. «1414 lo seguì alla visita di s. Giacomo di Gallizia. 1416 fu oratore degli Estensi a Napoli per trattarvi la liberazione di Muzio Sforza . . . In occasione del concilio aperto in Ferrara nel 1438 per la riunione della Chiesa greca colla latina, Feltrino fu delegato ad accogliere l'imperatore di Costantinopoli. Nel 1445 da Leonello d'Este fu eletto governatore di Modena, nel 1447 luogotenente in Reggio . . . Nel 1452 Feltrino portava la spada ducale nell' ingresso solenne di Borso in Modena in occasione ch'era stato innalzato dall'imperatore al titolo di duca di quella città . . . Nel 1455 dovendo passare per Reggio Giovanni d' Anjou, fu spedito dagli Estensi a complimentarlo. Morì nello stesso anno.» Ex quibus cave concludas Isotæ litteras, in quibus a Iacobo Lavagnola *Mutina* redeunte multa de laudibus Feltrini se audivisse asserit, a. 1445, quo Feltrinus Mutinæ urbi præpositus est, scriptas esse, cui coniecturæ totus harum litterarum tenor adversatur. Inter inedita

Guarini Veronensis litteras nonnullæ extant ad Feltrinum Boiardum epistolæ. Eiusdem oratio «pro splendido equite domino Feltrino Boiardo ad illustrem Mediolani ducem habita» legitur in codice Vindobonensi 3330.

46 Nicolaus Barbus a. 1440 una cum Lauro Quirino et Francisco Contareno apologiam quandam nobilitatis Venetæ contra Poggium scripsit (conf. Agostinium I. p. 214. 215), a. 1442 orationem habuit in honorem Francisci Contareni modo laudati, cum is Pataviæ philosophiæ et legum doctor creatus esset (Agostini II. p. 145). Quæ «Nicolai Barbi patricii Veneti oratio in laudem nobilissimi viri F. Contareni artium doctoris clarissimi» extat etiam in codice Vindobonensi nr. 3330. Præterea ab Emanuele Cicogna (Dalle Inscrizioni Veneziane VI. p. 101 sqq.) «Sermo continens laudes S. Romualdi per Nicolaum Barbum», tum Nicolai Barbi patricii Veneti epistolæ novem scriptæ Andreæ Trapezuntio (Venetiis, XI. Kal. Dec. 1442), Paulo Barbo (Venetiis, pridie Kal. Quint. 1441), Iacobo de Rizonibus (Venetiis, V. Id. Sept. 1441), Thomæ Pontano (Venetiis, VIII. Kal. [sic?] 1439), Isotæ Nogarolæ (Venetiis, V. Kal. Decembris), Antonio Panormitano (binæ litteræ s. l. e. a.), Thomæ Pontano (Venetiis, s. a. et Venetiis, Idus Quintilis), denique «Epistola Nicolai Barbi ad Franciscum Barbarum» data memorantur. Nicolao Barbo et Hermolao Celso dedicata est a. 1452 Andreæ Contrari invectiva quædam «Mamurcha» inscripta (Agostini II. p. 430). De Nicolai vita hæc præterea E. Cicogna l. l. p. 104 : «Il nostro Nicolò fu approvato per l'ingresso nel Maggior Consiglio del 1433 ; fu del 1448 Ambasciadore a' Conti di Segna per rappacificarli insieme, siccomè e notato nelle Genealogie dello stesso Marco Barbaro ; e si era ammogliato nel 1453 con donna Pellegrina Franceschi di Tommaso. Ignorasi il tempo della sua morte.» A. 1450—1453 Ferrariæ Venetorum nomine Vice-Domini munus gerebat. Erat autem Petri Barbi filius, qui a. 1412 Claram Bocham in matrimonium duxerat.

47 Isota Iuliano Cesarini Cardinali die XXIX. mensis Martii a. 1438 ex urbe Verona scripsit, die XX. autem mensis Augusti eiusdem anni Damianus Burgus ad Isotam iam Venetias misit litteras. Quo tempore autem pestilentia quæ Nogarolam familiam in fugam compulisse videtur Veronæ inceperit accurate definiri non potest; probabile tamen videtur hoc exeunte mense Iulio vel ineunte mense Augusto factum esse; namque eodem fere tempore Brixiæ quoque, quæ urbs a Verona non ita longe distat, incepisse Sismondi, apud quem accuratam belli Gallici narrationem legas, testatur (Histoire des républiques italiennes du moyen âge IX. p. 108): «La peste s'étoit manifestée dans la ville [Brixiæ] dès le mois d'août; plusieurs citoyens avoient pris la fuite à l'approche de ce fléau.»

48 Olim Angelum Mariam Quirini secutus Brunorium Gambaram eundem ac Petrum Brunorium Venetorum militiæ ducem fuisse credidi. Sed meliora me docuit Fridericus Odorici in descriptione genealogica familiæ Gambaræ apud Pompeium Littam, unde hæc de Brunorio Gambara excerpere iuvat: «*Brunoro* [Maffei filius] Cameriere di Filippo Maria Visconti, dal quale nel 13 marzo 1426 ottenne in dono la terra di Castenedolo. Pochi mesi dopo largivalo di una casa in Pavia e del villaggio di Villareggio in sul pavese. Queste benemerenze non erano a caso: fors' anco ne le premiava per essersi Brunoro tolto all' obbedienza della repubblica di Venezia per darsi a lui. Veramente nella ducale 3 settembre 1427 trovo concesse a Marsilio di Federico di Maffeo [Marsilius Brunorii patruus fuit] le proprietà confiscate al ribellato Brunoro e quelle di Maffeo fratello di Marsilio, con questo che dove ritornasse Brunoro all' ossequio e nella grazia della repubblica, gli venissero senza più restituite. Vedemmo suo zio Marsilio chiedente una provisione per vivere nel 1427. Ma la città di Brescia debbe a questi ed a Brunoro (1437) l'area di un mercato, che fu costrutto in contrada dei Gambara o Torzani, ora Mercato de

Lino: cessione per altro preceduta dal perdono di tutte le gravezze lasciate all'uno ed all'altro dalla città con decreto 25 maggio 1437. L'anno dopo Nicolò *Piccinino* confermava le loro terre feudali, di Gambara, Pratalboino, Milzano e Verola com' erano godute sotto i Visconti (1438, 9 luglio). Ond'ecco ragione per cui, versatile come il padre, di dubbia fede, come lo erano i condottieri de' tempi suoi, sollecitato probabilmente dallo zio Marsilio, toltosi Brunoro alla corte di Filippo Maria, fu coi bresciani mescolato nei fatti gloriosissimi del 1438—1439: e ciò che fa più sorpresa, nel 27 maggio 1441 cesse al duca i beni di Villareggio, che gli avea donati. Eppure in quell' anno (26 febbrajo) Nicolò *Piccinino* dal suo campo di Manerbio, pregato da Brunoro e da Marsilio, ad entrambi riconfermò parecchie benemerenze, mentre lo *Sforza* un anno prima (20 giugno) li avea compagni, e ne riconosceva con lettere i servigi a pro del stato veneziano. E quello stato ad ambo concedeva il 2 dicembre 1443, che nessuno de' loro vassalli potesse farsi cittadino di Brescia, ravvalorando così le patenti del 1441, 6 luglio, che in nome della repubblica ad essi corroborava lo Sforza, confessando per altro che Brunoro s'era condotto collo zio Marsilio nel campo degli sforzeschi per offerir sè medesimi ed il castello di Pratalboino per la guerra contro il *Visconti*. In quel decreto lo *Sforza* capitano della lega, e Girardo *Dandolo* provveditore riconfermavano i privilegi di Brunoro e di Maffeo coll'aggiunta della terra di Gambara; e dove i loro beni andassero perduti, altri ne promettevano con provvisioni perchè vivessero da gentiluomini, benchè per altro la repubblica comandasse a Brescia nel 1443, 23 marzo, che si ponesse in Gambara un vicario. Ecco dunque una gara di due potenze nemiche per averseli fautori. Sicchè Brunoro veneziano del 1437, visconteo nel 1438, veneto ancore nel 1440, largito di privilegi dalla parte avversa nel 1441, in quell'anno medesimo ripiegava la dutile sua fede per la repubblica, la quale riuscì

vincitrice in questa misera lotta sempre uguale nell'anima dei condottieri di ventura. E veramente in quella lettera dello *Sforza* è confessato *ch'era quasi necessario aversi amici que' Gambara*, talchè nel 7 marzo 1443 lo *Sforza* medesimo donava ad Antonio *Martinengo* il feudo di Pavone e di Gabbiano, singolarmente per aver ottenuto la devozione alla repubblica di Marsilio e di Brunoro, cui certo influirono ancora le venete investiture feudali del 1441 e 1448. Ma già prima d'allora il senato di Venezia n'avea segni di sudditanza, talchè nel 17 gennajo di quell'anno ringraziava Marsilio e Brunoro d'averlo assistito nella ricupera dei castelli bresciani. Comperavasi Brunoro nel 1459 la casa in Brescia in contrada s.ª Giulia, forse quella dove ora sono gli avanzi dell'anfiteatro, mentre già dal 1449 creato collo zio Marsilio cittadino di Cremona, vi acquistava da Rolando *Pallavicino* (26 aprile) tre case ed un molino per 1250 scudi d'oro. Anche abbiamo di lui che nel 1444 permettesse al Comune di Pratalboino collo zio Marsilio che fosse eretto il convento di s. Michele, per cui donava il Comune ai Minori Osservanti milanesi un fondo in Campagnola col tempio di s. Agata assentendo i *Gambara*, come se non volente il feudatario, non potesse il Comune donare le cose sue. Ebbe lite con Beatrice di Vercellino *Visconti*, moglie di Pietro Gambara, per diritti di eredità, e la vinse per sentenza 4 febbrajo 1445. Più grave scissura fu quella per acque da lui pretese contro Antonio *Martinengo* ed i Comuni di Gambara e di Zeno (1455—1461), ed altra del 1466 contro gli *Uggeri* che rilasciarono al Gambara una Seriola. Gli Annali Gambara del Zilioli me lo farebbero nel 1466 reduce da Milano dopo avervi tenuta la grave carica di governatore: ma prima di quel tempo veniva redinvestito dalla repubblica di tutte le sue feudalità colla ducale 9 settembre 1457, che richiama le antecedenti, riconfermata a' figli suoi con altra del 26 aprile 1468. Testava nel 17 marzo del 1468 facendo eredi i figli,

e moriva poco dopo, come appare dal veneto decreto 26 aprile di quell'anno.»

49 Damianus Burgus in litteris die XXX. mensis Novembris a. 1440 ad Isotam datis unam tantum filiam memorat, «que imago est, dum pulchra fuit simillima matris; sic oculos, sic illa manus, sic ora gerebat». Apud Philippum Bergomensem autem quinque Zeneveræ liberi enumerantur, qui etiam apud Odoricium occurrunt quique die XX. mensis Septembris a. 1473, quinque post patris mortem annis, paternas opes inter se diviserunt. Ex quorum numero Marsilius circa a. 1498 mortuus est, Petrus a. 1486 postremum memoratur, Catherina Hieronymo Leoni patricio Veneto nupsit, Maffeus a. 1498, Nicolaus a. 1518, Ioannes Franciscus a. 1511 decessit.

50 Iam Philippus Bergomensis tantum de epistolis Zeneveræ audiverat. Pessime autem Petrus Paulus de Ribera, a quo Leandri Nogarolæ filia fuisse dicitur, in libro qui «Le glorie immortali de' trionfi, et heroiche imprese d'ottocento quarantacinque donne illustri antiche et moderne» inscribitur (Venetiis MDCIX): «Avanzò in eloquenza molti dotti, fu in predicamento d'essere versata in ogni genere di lettere nello stato Venetiano e nella Francia Cisalpina. *Compose un trattato di lettere di gran dottrina.*» Quæ ex male intellecto Philippo Bergomensi explicanda sunt, apud quem «argumento sunt epistolæ eius luculentæ et cum maxima doctrina scriptæ» legitur. Neque minus commenticia sunt, quæ Hieronymus Della Corte (Dell'Istorie della città di Verona, Venezia 1744, III. p. 97) de Zenevera protulit: «la nobilissima Ginevra Nogarola sorella di quella Isotta . . . la quale con tanta grazia e veemenzia orava, che meritò d'essere annoverata fra i più eccellenti Oratori del suo tempo. Costei che fu moglie del Conte Brunoro da Gambara fra l'altre cose che fece scrisse alcune epistole della vita Cristiana al detto Pontefice [ad Pium Secundum] con tanta dottrina ed eloquenza, che fece stupire e sua santità e tutti gli altri che le videro». Exscrip-

sit hæc Ambrosius Levati («Dizionario Biografico Cronologico . . . degli uomini illustri . . . Milano 1821), quem Boccardus in Nova Encyclopædia Italica (Taurini 1883) ad verbum secutus est, nisi quod in calce: «Ella scrisse alcune epistole intorno alla vita Cristiana e le diresse al Pontefice Pio II., che in esse ammirò la profonda dottrina ed eloquenza della autrice. Il Sansovino ed il Maffei molto la encomiarono» apud eos legitur. Neque Franciscus Sansovino Zeneveræ litteras legisse videtur, quamquam hæc de Zenevera dicit («Della origine et de' fatti delle famiglie illustri d'Italia.» Venetiis 1582, fol. 153): «Gineura figliola di Leonardo, consorte del Conte Brunoro da Gambara, grande et potente huomo nella città di Brescia: la quale fu dottissima nelle lettere humane, si come attestano ampiamente l'Epistole scritte da lei piene di sugo et di sentenze, con stilo cosi grave, puro, et soave, che eccede il creder d'ogniuno». Confer etiam Franciscum Agostino Della Chiesa (Teatro delle Donne Letterate. Mondovi 1620, p. 165): «Nelle lettere non poco fu essercitata, et in molte occasione diede del saper suo non picciolo saggio à più degni spiriti di quel tempo, e di questo ne fanno fede l'epistole sue scritte copiosamente, e piene di dottrina e sentenze, il cui stile è tenuto grave, puro, e pieno di dolcezza. Nelle altre attioni sue così publiche, come private, si come in questo fu eccellentissima, così nel resto fù perfettissima». Ceterum Zeneveram inter a. 1461 et 1468 defunctam esse ex his Odoricii verbis apparet: «Ginevra del Conte Leonardo Nogarola di Verona, di cui sussiste un atto del 1461, 4 settembre. Il testamento di Brunoro, che ordina l'adempimento dei legati della moglie, farebbe supporla morta per lo meno nel 1468. Fu dottissima, lodata dal Tiraquello, dal Sansovino, dal Cozzando, ma più che importa, dal Marchese Maffei nella Verona Illustrata.»

51 De *Uberto* Gambara hæc scribit Odorici: «Fu splendidissimo coi letterati e letterato egli stesso; lasciava per testa-

mento alla corte romana un suo libro Directorium Inquisitorum, e nella libreria Capponi no. 153 v'è un suo Discorso a Paolo III.» De *Isota* autem : «Il *Corso*, autore della vita di Veronica Gambara, lodando l'ingegno d'Isotta la preferisce a Violante». De eadem hæc Alfredus Reumont in «Beiträge zur italienischen Geschichte» (vol. I. p. 459. 460) ex Angelo Firenzuola (1525) refert : «Wenn Cicero heute zu uns käme und die Eleganz der Briefe der Jungfrau Isotta da Gambara sähe, so würde er sich nicht scheuen sie als seine eigenen Werke anzuerkennen». Denique de Violante, quæ etiam a Tiraboschio laudatur, hæc Odorici : «donna fornita di molta coltura e versata nelle lettere italiane.» De Veronica et qui post eam vixerunt familiæ Gambaræ viris litteratis confer, si placet, Odoricium.

52 De Damiano Burgo hæc mihi sciscitanti humanissime rescripsit Caietanus Da Re : «La famiglia Borgo era originaria di Cremona. *Damiano* qd. Scipione da Borgo e ricordato in un istromento 13. Genn. 1390 citato da Antonio Torresani (Elogiorum . . . sectio secunda . . 1656, p. 77). Nel 10. Nov. 1391 fu dal Vescovo di Verona investito della decima sopra alcune pezze di terra in pertinenza di Soave. Stava di casa nella contrada del Ponte della Pietra. Damiano generò *Scipione*, che era già morto il 31. Marzo 1406 lasciando i tre figli Centuriono (?), Gusmino e Damiano in età minore. Fu nominata in fatti in quel giorno loro tutrice *Lucia* vedova del loro avo Damiano. Erano ancora in età minore il 20. Dicembre 1410, nel qual giorno Guidone Memo vescovo di Verona reinvestiva la stessa Lucia come loro tutrice della suddetta decima (Antichi Archivi, Mensa Vescovile, Investiture Reg. 8. f. 34). Nulla potei trovare di *Centuriono*. *Gusmino* nel 1433 stava nella contrada di S. Michele a Porta (Arch. del Comune, Campione d'Estimo), fu vicarius Lazisii nel 1432 (Registrum Litterarum Ducalium C. f. 129). — *Damiano*, l'amico di Isotta Nogarola, il 12. Sett. 1420 fu nominato deputatus ad

memoriale maleficiorum (Arch. del Com. Reg. 2`, Lettere Ducali f. 27). Fu poi Cancelliere della Camera Fiscale (Lettera di Lunardo Contarini 24. Maggio 1452 in Arch. Luoghi Pii, Miscellanea). Fu della terza muta del Consiglio dei XII. nel 1469 (Atti de' Consigli vol. G 202). Abitava nella Contrada Chiavica. Trovo nominati due soli sui figli: *Eusebio* e *Marcello*. Lodovico Cendrata in una lettera consolatoria per la morte di uno figlio (Ferr. 4 nonas Ian. 1440, ibidem) chiama Damiano suo zio (patruus). Il figlio morto sara stato forse Eusebio. *Marcello* sopravisse al padre ed ebbe la carica di notaio della Camera (Lettere a Marcello, — ibidem). Damiano era in corrispondenza con parecchi valentuomini di quei tempi. Notiamo tra questi Guarino Veronese, che in due lettere lo chiama compare (ibidem). Morì tra il 1. Ottobre 1465 e il 6. Ottobre 1466, come risulta da due ricevute che portano queste date (ibidem). Il Torresani dice che il suo sepolcro è in peristylis S. Anastasiæ con lo stemma gentilizio e questo epitafio: hoc sepulcrum Damianus de Burgo de Clavica sibi et hæredibus præparavit anno Domini MCCCCLVI.» — Extant ergo in tabulario Veronensi binæ litteræ ipsius Guarini manu scriptæ, quarum alteræ apud Remigium Sabbadini (Guarino Veronese e il suo epistolario edito e inedito. Salerno 1885) CCCCXIV. loco citantur, alteras Sabbadini, cui unica tantum Guarini epistola autographa innotuerat, non novit.

53 Anni 1438 nota, quæ in Damiani autographo legitur vel errori tribuenda est, vel eo explicatur, quod Damianus hoc solum loco more Veneto initium anni Kalendas Martias esse statuit. Aliæ enim Damiani litteræ, quibus gratias agit Isotæ pro optimo de commentario illo iudicio die XXVIII. mensis Ianuarii a. 1439 datæ sunt, neque dubitari potest, quin de obsidione Brixiæ, quæ a. 1438 fuit (non vero a. 1437, quæ Voigtii aliorumque est sententia; conf. Remigium Sabbadini, Centotrenta lettere inedite di Francesco Barbaro 1884 p. 136) fuerit sermo.

Denique hoc quoque compertum habemus, Isotam mense Ianuario a. 1438 nondum Venetiis fuisse. Ceterum eam suspicionem, quam olim proposui, commentarium illum eundem fuisse atque eum, qui Evangelistæ Manelmæ nomine feratur cuiusque verus auctor Franciscus Barbarus a nonnullis auctoribus perhibeatur, eam nunc missam facio; nostri enim commentarii auctor Brixia, Evangelista Manelma autem Vicentia oriundus erat, tum Manelmiani operis præfatio et in editione Brixiæ a. 1728 ab Ioanne Andrea Astezato curatæ et in codice Veneto pæne duobus annis post IX. Kal. Decembris a. 1440 data est.

54 De Andrea Mocenigo hæc Fridericus Stefani in descriptione genealogica familiæ Mocenigorum apud Pompeium Littam: «Andrea, capitano di Verona per la seconda volta nel 1436, nelle susseguenti guerre col duca di Milano fu provveditore in campo nel 1438, e nella resa di Legnago seguita del 1439 per la rivolta degli abitanti rimase prigioniero de' nemici» &c. Plura dabit Emanuel Cicogna, Dalle Inscrizioni Veneziane II. p. 156. 157.

55 Mai.[ae] Isotæ litteras e codice Bibliothecæ Urbis Senarum in Appendice edidimus, e quibus fortasse accuratiora nos de muliere aliquis docebit. A. 1462, quo postremæ Mai.[ae] Isotæ litteræ datæ sunt, Andreas Contrarius qui iam a. 1421 rostra ascenderat (Agostini II. p. 431) prope sexaginta annos natus erat, qua de causa ratione quoque habita ardentis huius Isotæ amoris item quod nusquam in eius litteris de sacerdotio Andreæ Contrarii munere mentio fit, fortasse errorem in anni nota latere aliquis suspicabitur et 1426 vel 1442 pro 1462 scripto huius Isotæ litteras Andrea nondum in sacerdotum collegium adoptato scriptas esse censebit. Sed confer quæ in postremis huius Isotæ litteris leguntur: «De incommodis, difficultatibus atque magnis iacturis tuis, quibus, ut scribis, es tantopere oppressus, tristi silentio ac tacita mœstitia, quemadmodum debeo, magnopere doleo et angor, propterea quod ipse insano mei amore captus atque incensus toto hoc tempore

in ocio non sine magno dispendio, ne dicam summo dedecore, tam procul ab urbe [Roma] abfuisti. Verum enim vero hoc unum certo scito, nunquam ulla causa meis litteris de me tibi spem ademturum.» Quæ sine dubio eo spectant, quod Pius II. Pont. Max. Contrarii olim fautor mox mutato animo eum non solum parochia, cui paulo post pontificiam potestatem adeptam præfecerat, privavit (quod post a. 1459 factum esse vidit Agostini, a. 1462 factum esse nunc discimus) sed etiam in exilium misit. Cuius rei causam iam non Agostinium secuti in insolenti Andreæ sermone, sed potius in libidinosis moribus quæremus. — Ceterum epistolas in codice Senensi servatas Isotæ Nogarolæ tribuit Emanuel Cicogna in litteris die X. mensis Iunii a. 1853 ad Cæsarem Cavattoni datis, quarum apographum apud Alexandrum Comitem Apponyi asservatur. De quibus Cicogna hæc in libro qui «Dalle Inscrizioni Veneziane» inscribitur (VI. p. 102) refert: «Io possiedo in copia quattro lettere inedite di Isotta Nogarola dirette ad Andrea Contrario, ed un altra di Andrea Contrario ad esse, delle quali lettere di Isotta diedi copia al nobile Giuseppe de Scolari presidente al Tribunale di Commercio in Venezia, che ne fu richiesto dal suddetto Cavatoni, nel dì 25 aprile 1853.» Cicogna igitur voce *Maia* idem quod *Magnifica* vel *Maria* (ad honorem Marii Philelphi Isotæ inditum) significari putat, amorem autem erga Andream Contrarium fictum quendam amorem esse dicit: «Io lo tengo per un amore finto, fantastico corso tra persone che mai non si viddero nè si conobbero di persona, un amore dettato per così dire ad esercizio di lingua latina e di eloquenza, forse diretto da qualche valente precettore d'Isotta». Qua in re nemo mirabitur, quod Cavattonii assensum non est nactus. Verum vidit etiam Hippolytus Bevilacqua in libro manuscripto in Bibliotheca Urbis Veronæ asservato et «Osservazioni sopra la Verona Illustrata» inscripto, in quo non solum nominis morumque diversitatem, sed id quoque summo iure affert, quod

in eodem codice Andreæ Contrarii extant litteræ ad *Isotam Nogarolam*, non ad *Mai.*[am] *Isotam* scriptæ.

[56] Periit vel nescio ubi latet codex Saibantianus, de quo hæc apud Scipionem Maffei in Verona Illustrata II, III. p. 96 leguntur: «Il Ms. 718 alquante pur ne ha di lei a Damiano Borgo, *e di questo a lei*». Saibantianum autem codicem dico, quamquam codicis qui in Bibliotheca Bevilacquarum asservabatur mentio præcedit, cum alioquin codex Saibantianus (nusquam Cod. Bevil.) numero 718 notatus frequenter apud Maffeium occurrat et ipse Maffei p. 48 hæc de suo codices citandi more dicat: «Avverto ora per sempre, come quando citero testi a penna senz' altro indicante che del numero, intendero dei raccolti dal Nobil. Sign. Giovanni Saibante». Etiam in codice Bevilacquensi XXV. nonnullas Damiani ad Isotam litteras extitisse fortasse ex his Scipionis Maffei verbis (l. l.) colligas: «Il Bevilacqua nr. 25 è tutto composto di epistole sue o a lei dirette. Proposte e risposte ci si veggono del Guarino, di Gerolamo Guarini, di Tobia e di *Damiano Borghi*, di Lodovico Cendrata, di Nicolò Veniero, di Nicolò Barbo (in altro codice d'Ermolao Barbaro), del Cardinal Giuliano, ch'avea preseduto al Concilio di Basilea e d'altri.» Sed cum hic codex eiusdem generis ac Vindobonensis, Veronensis et Vaticanus esse videatur, Maffeium minus accurate locutum esse apparet neque Codex Bevilacquensis ullas habuit Hermolai Barbari, Iuliani Cesarini et Damiani Burgi litteras ad Isotam scriptas. Num Hermolaus Barbarus et Cardinalis Iulianus Isotæ litteris omnino responderint, valde dubito et quod B. Gamba in «Strenna Veneziana pel 1865 anno quarto» eam ab Hermolao Barbaro laudatam esse dicit («Grande encomio di lei fece Ermolao Barbaro») temere dixisse videtur. Sane teste Ludovico Fuscareno in litteris a. 1453 ad Isotam scriptis Cæsariensis Cardinalis, qui idem ac Iulianus Cesarini Cardinalis esse videtur, nihil in universo suo longissimo itinere Isota sua cognitione dignius iudicavit et in Isotæ

potestate naturam, virtutem et doctrinam fuisse censuit. Sed hoc de Isota iudicium ex Iuliani epistolis sumptum esse credamus non necesse est, ut neque ea, quæ Philippus Bergomensis rettulit Cardinalis Bessarionis de Isota honorificentissime dicta. Nulla autem fides habenda est Ludovico Federici (Ritratti di alcune Donne Veronesi . . . Verona 1826) qui Isotam etiam ad Cardinalem Bessarionem litteras dedisse et a Nicolao Quinto et Pio Secundo Pontificibus Maximis litteras accepisse refert; præterea enim hæc portenta apud eundem leguntur: «Le sue orazioni ai Pontifici sono si veramente gran cosa: eleganti, precise, immaginose ricordano tutto il buon gusto Ciceroniano . . . Quanto non hanno pregio le sue elegie? Li suoi trattati filosofici, e le dissertazioni, siccome sono elleno in numero non picciolo, così sentono tutto quel buono, che rallegra, erudisce ed appaga.»

57 Marii Philelphi Librum Isottæum, quem ineditum esse falso credidit Georgius Voigt (Wiederbelebung I. p. 445), Appendici huius editionis inseruimus. Ibidem Marii epigrammata quoque lector inveniet Italico sermone ad Isotæ laudem scripta, quæ viva adhuc Isota composita esse falsa erat Guilelmi Favre sententia. Vide eius librum «Mélanges d'Histoire Littéraire» inscriptum (Genève 1856. I. p. 507). E plurimorum auctorum numero autem qui Isotam laudibus prosecuti sunt paucos tantum remotioris ætatis scriptores afferre placet. In Aurelii Trebani igitur libello de felicitate ad Rev. Patrem Dominum Marcum Barbum Tarvisinum Pontificem [1455—1464] scripto (cod. Vat. nr. 2924) hæc in calce leguntur: «Et Isottam Nogarolam Veronensem quid obstat quamobrem non recte existimemus propter divinam ingenii excellentiam tum singularem doctrinam inter felices posse haberi?» — Alfredus Reumont autem in libro «Beiträge zur italienischen Geschichte» inscripto (vol. I. p. 459) hæc de Angelo Firenzuola (1525) scribit: «Nachdem er einmal von den glänzenden Beispielen griechischer und römischer Vorzeit geredet, kommt

er auf näherliegende Epochen und nennt in bunter Reihe die H. Katherina von Siena, Isotta Nogarola von Verona...» Apud Spicionem Maffei (Verona Illustrata II, III. p. 96) hæc præterea citantur :

«Panfilo Sasso nel libro «de laudibus Veronæ» :

> Et cui divinos latices Cadmeia Dirce
> Et plectrum et cytharam Calliopea dedit,
> Inter Castalias celebranda Isotta sorores.

Il Zavarise nella Pantea [c. a. 1484]:

> Quamque Pius stupuit summus, Nogarola, Sacerdos,
> Isothea insignis versu pedibusque solutis.

Antonio Lazise [c. a. 1486] nel Panegirico inedito sopra Verona:

> Castalias generosa Isotta sorores
> Ausa sequi et studiis laudes aggressa viriles.»

Denique hæc leguntur in epistola Ambrosii Miches Dalmatæ Sebenicensis a. 1487 Sebenici ad Cassandram Fidelem scripta: «Coæquasti te non solum nostri sæculi egregiis ac illustribus virginibus, ut fuit D. Constantia . . . Sfortia, D. Baptista de Malatestis, D. Isota Nogarola Veronensis, quarum circumferuntur Orationes et Epistolæ in prosa et carmine luculentissimæ. Verum ad earum gloriam accessit» &c.

58 Constantiam Varaneiam Tiraboschi (Storia della letteratura Italiana, XVII. p. 48 sqq.) a 1428 natam iam a. 1442 orationem habuisse, die VIII. mensis Decembris a. 1444 Alexandro Sfortiæ nupsisse et die XIII. mensis Iulii a. 1447 vita functam esse refert. Epistolam autem et carmen in textu laudatum Constantia sine dubio adhuc virgo scripsit, sed vix ante annum 1442, quo primum in publicum prodiisse videtur.

59 Andreæ Contrarii epistola, quam Romæ ad Isotam scripsit, anni nota caret, nec quo anno Romam venerit Andreas definiri potest. In epistola qua Nicolao Quinto Pontifici Maximo gratias agit, quod versio operis Eusebiani a Georgio Trapezuntio neglegentissime facta sibi

emendanda commissa est, grato animo etiam Cardinalis Scarampi meminit, «sotto i cui poderosissimi auspizi si era in Roma portato» (verba sunt Agostinii II. p. 422). Scarampus autem sine dubio Francisci Barbari commendatione permotus est, ut Contrario faveret; sed cum incertum sit, quo anno Barbari litteræ commendaticiæ ad Cardinalem Scarampum datæ scriptæ sint (confer Remigium Sabbadini, Centotrenta lettere inedite di Francesco Barbaro. 1884. p. 64), hoc tantum pro certo affirmare possumus, Contrarium post annum 1440 Romam venisse, quo anno Scarampus rubro galero redimitus est (vide Georgium Voigt II. p. 438). Eusebii versio a Georgio Trapezuntio facta inter a. 1447 et 1449 incidit et a. 1451 vel 1452 Andreæ Contrario emendanda tradita est (Voigt II. p. 142), nec multo antea Contrarius Romam venisse videtur. Etiam invectiva quæ Mamurcha inscribitur ab eo sub finem a. 1452 Romæ scripta est. Contrarium a. 1456 Neapoli, a. 1457 et 1458 Romæ fuisse ex eis quæ ab Agostinio relata sunt (II. p. 424 sqq.), a. 1462 Roma expulsum esse e Mai.[a] Isotæ epistolis supra a nobis allatis apparet. Ceterum Georgius Voigt (II. p. 142) male Andream Contarenum eum vocat et eos qui accuratius de eo edoceri cupiunt ad Quirinum (Diatriba p. 506) ablegat, cuius loco Agostini (II. p. 420—432) laudandus erat. Sed ne hic quidem epistolas a Mai.[a] Isota a. 1462 ad Contrarium scriptas novit.

60 Lauri Quirini epistola Patavii data est, ubi Laurus ab a. 1445 usque ad a. 1448 et iterum a. 1451 et 1452 docendi munere fungebatur. Confer Agostinium I. p. 207 sqq.

61 Hoc ex Ludovici Fuscareni litteris a. 1453 ad Isotam scriptis collegi, quæ in editione nostra vol. II. p. 50 leguntur: «Cum recto . . . et securissimo animo Romam *piissimæ peregrinationis causa* petiisti, quo consilio, qua auctoritate, qua dicendi copia, quanta cum pontificis et fratrum [?] admiratione locuta es!» Quibuscum conferas hæc Philippi Bergomensis verba: «eius luculentissimæ oratio-

nes, quas maximis pontificibus Romanis aliquot destinaverat, *Nicolao* videlicet *quinto* et Pio secundo, præcipueque in eo conventu, quem Mantuæ egisse eum constat. Suadebat namque validissimis argumentis et probationibus non sine maxima exemplorum copia cum Pontificem tum Reverendissimos sanctæ ecclesiæ Cardinales et Christianorum principes adversus Turcum, qui Christianum nomen et Christianam religionem conabatur evertere». Totum Philippi Bergomensis locum ideo citavi, ut appareret, Scipionem Maffei, quem Cæsar Cavattoni secutus est, erravisse (Verona Illustr. II, III. p. 96), cum Isotam ad Nicolaum Quintum Pontificem Maximum eo consilio litteras dedisse referat, ut ad bellum adversus Turcum suscipiendum eum impelleret: «Quelle [h. e. lettere] d'Isotta singolarmente spirano prudenza e dottrina, ma non ci veggon quelle che diresse a Nicolo V. ed a Pio II. per eccitargli a guerra contra Turchi». Idem error apud Voigtium occurrere videtur; confer eius librum quem de Pio Secundo Pontifice Maximo scripsit vol. III. p. 615: «Ausserdem richtete sie (Isota) Reden und Briefe an ihn (Pius II.), die zum Türkenkriege anfeuern sollten; *desgleichen* hatte sie schon an Nicolaus V. *geschrieben*». Male etiam Ioannes Baptista Egnatius (De Exempl. Illustr. Vir. l. VII. c. 2. p. 265): «Non obscurabitur a me in præsentia Isottæ Novarolæ Veronensis debita laus, quæ Nicolao V. et Pio Pontt. tunc floruit cum Theologiæ studio, tum etiam eloquentia, addita ad tam egregiam virtutem perpetuæ virginitatis propensione et constantia. Scripsit autem ad ipsum Nicolaum V. Piumque Pont. Max. non pauca, quæ illi cum summa commendatione lectitarent posterisque tradere summo studio niterentur».

62 Apud Agostinium, qui I. p. 45—107 de Fuscareni vita uberrimam edidit notitiam «Martyrium SS. Victoris et Coronæ Civitatis Feltri Protectorum, scriptum [immo ex Græco traductum] ab Illustrissimo D. D. Ludovico

Foscareno Artium et I. V. D. dictæ Civitatis Prætore. Anno Domini MCCCCXXXIX» laudatur.

[63] Falsa sunt quæ de hoc dialogo refert Georgius Voigt (Pius II. vol. III. p. 675): «Ihr Dialog über die Streitfrage, ob Adam oder Eva früher und mehr gesündigt, erregte viel Aufsehen, zumal da sie Eva die grössere Schuld beimass. Es scheint, dass sie diese Disputation Pius überreichte, von dem eine Schrift über denselben Gegenstand erwähnt wird, die vielleicht seine Antwort ist». Male etiam Hieronymus della Corte (Dell' Istorie della città di Verona. Venezia 1744, III. p. 84. 85) inter eos qui Nicolao Quinto Pontifici Maximo opera sua dedicaverint etiam Isotam nominat: «fra quali fu Isotta Nogarola nobilissima nostra cittadina, donna non meno dotta ed eloquente che pudica e bella, che seguendo l'esempio di molti scrisse a Sua Santità un bellissimo e dottissimo Dialogo, nel quale si disputo chi de' nostri primi parenti maggiormente peccasse, Adamo o Eva: il quale gli fu gratissimo e dagli intendenti fu giudicato opera dottissima».

[64] Plus centum annis post hoc Valerius Palermus (l. l. p. 18. 19) de Isotæ dialogo protulit iudicium: «Ipsa quidem adeo mentis acumine est elata, ita ad maiora contendit, ut ad summam etiam illam indagationem penetrarit, uter ex primis parentibus nostris Adamo et Eva gravius in Deum peccarit. Quam rem dialogo descriptam tanta est doctrina complexa, ut nullus præterea theologus maiore fortasse potuerit.»

[65] Hoc Agostini (I. p. 59) ex eodem «Libbro de' Reggimenti della Rep.» didicisse videtur, ex quo Ioannem Naugerium a. 1425 præturam Veronensem gessisse didicerat. Confer etiam Pompeium Littam in descriptione genealogica familiæ Naugeriæ: «Giovanni de' 41 elettori del doge Michele Steno, podestà di Cologna nel 1406, consigliere del doge nel 1406. Lo troviamo perorare nel 1420 onde fosse istituita la carica di luogotenente nella

patria del Friuli e nello stesso anno fu nominato capitano e podestà di Treviso . . . Nel 1423 fu capitano a Padova e avogadore di Comun e tra 41 elettori del doge Francesco Foscari. Nel 1426 [sic] fu nominato podestà di Verona. Benchè morto da tanto tempo, fu introdotto da Isotta Nogarola in un suo dialogo in cui esse si propose di provare che non ad Eva ma ad Adamo si doveva attribuire maggior colpa del peccato originale.»

66 De duobus dialogi codicibus in Bibliotheca Ambrosiana asservatis (I 54 inf. et Q 68. sup.) hæc A. Ceriani, bibliothecæ præfectus illustrissimus sciscitanti mihi rescripsit: «concordano nei principii e nelle fini dei due lavori coll'edizione Venetiis 1563 fatta da Aldo, anzi pare siano due copie tratte dall'edizione, che vi è nominata nel principio dei due Mss.» Etiam in codice Bibliothecæ Camaldulensium Monasterii Sancti Michaelis Venetiarum prope Murianum numero 721 notato legebatur «Dialogus utrum Adam vel Heva magis peccaverit, Questio satis nota sed non adeo explicata», quem ex Aldina editione descriptum esse cum dialogi titulo tum eo præsertim probatur, quod in eodem codice inerat Isotæ elegia «De laudibus Cyanei ruris» iisdem versibus interpolata, qui in editione Aldina a Francisco Nogarola ad suam dialogi recensionem spectantes inserti leguntur. Quod ex his Mittarellii de Castro Azzani verbis apparet: «Locus erat deliciarum Nogarolæ familiæ, ubi etiam institutus et habitus fuit supradictus dialogus.» Hunc autem codicem, quem Venetiis in Bibliotheca Marciana frustra quæsivimus, Io. Bapt. Carolus Giuliari in Camaldulensium monasterium quod Romæ est, et inde in bibliothecam quæ a Victore Emanuele Italiæ rege nomen accepit delatum esse suspicatur. Denique etiam apud Giuliarium v. d. extat editionis Aldinæ apographum sæculo XVII. confectum, cui quæ a Iulio Cæsare Capacio in «Illustrium mulierum et illustrium litteris virorum Elogiis» (Neapoli 1608. p. 205) de Isota scripta sunt præmissa leguntur.

[67] Apud Giuliarium v. d. exemplar huius elegiæ versibus Italicis non tamen consonantibus redditæ extat, quod Petro Sgulmèro Benedicti Delbene manu scriptum esse videtur. De quo viro docto Veronensi (1749—1825) confer «Elogio del nobile Benedetto Delbene letto all'Accademia d'Agricoltura Commercio ed Arti dal suo segretario perpetuo Giovanni Conte Scopoli il giorno 11 Maggio 1826» (Veronæ 1826). Versio Italica incipit «O fonti, o di Cian dolci recessi», explicit «Quante elle son, mi vanta il Tago Ibero.»

[68] In opere, quod «Il Sepolcro dell'Ill.ma Signora Beatrice di Norimbergo d'Ognibene Ferrara» inscribitur (Brescia, appresso Vicenzo di Sabbio 1568) hoc Francisci Nogarolæ carmen legitur p. 50:

FRANCISCI NOGAROLÆ COMITIS.

Hospes siste gradum, precor hoc breve perlege carmen
  Nec lacrymis parcas; hoc pietatis opus.
Insignis genere et forma ingenioque Beatrix
  Prædita, marmoreo conditur hoc tumulo.
Cuius honos et fama viget semperque vigebit
  Cognita et Eois cognita et Hesperiis.
Hæc sat erunt: ne purpureos te spargere flores
  Dicere nec salve poeniteatque vale.

Tum apud Franciscum Sansovino hæc de Francisco Nogarola leguntur fol. 151: «Francesco 4.... Cavaliero Cesareo non deviando punto dallo stilo de suoi maggiori: et havendo appreso ne primi anni lettere humane, si diede a gli studi della Filosofia, et di continuo attese alla Poesia, nella quale fu giudicato di molta eccellenza.»

[69] Præter Nicolai Lusci eclogam confer hæc Iacobi ad Ludovicum verba: «earum epistolæ quam plurimæ, orationes et gravitate et vocabulorum elegantia refertæ, ac *nonnulla carmina ab ipsis virginibus edita*, in quibus cursus est atque ut Plinius diceret robustas», et quæ Ludovicus Fuscarenus a. 1453 Isotæ scripsit: «Superiores docti, qui Semproniæ et Cornificiæ carmina decantabant, tua in

cælum laudibus extollissent.» Sed quod in præfatione eis Isotæ epistolis quæ a. 1846 a G. B. Bianco editæ sunt præmissum legitur, Veronæ in tabulario familiæ Nogarolæ nonnulla adhuc extare Isotæ carmina Latine et Italice scripta («Poteassi fare — dirassi — una meno breve, o più variata raccolta scegliendo fra gli scritti dell'Isotta de'canti, in che pur era valente. Poteassi scegliere infra questi i dettati nell'italico idioma a testimoniare così il duplice merto della veronese scrittrice») falsissimum hoc esse certiores nos fecit Iosephus Biadego, Bibliothecæ Urbis Veronæ præfectus doctissimus: «Devo primo metterlo in guardia contra le notizie false che sono state stampate, così per piaggeria (l'editore non seppe dirmi altro) nella lettera che serve di prefazione . . . In queste parole non c'è nullo di vero. Non poteassi far nulla perchè non c'era nell'Archivio di famiglia. C'era un codice cart. dell'epoca contenente lettere, dal qual furono scelte queste pubblicate, ma anche questo codice non c'è più.» Etiam Petrus Sgulmèro, qui mense Augusto a. 1885 una cum Carolo Comite Cipolla tabularium familiæ Nogarolæ perscrutatus est, quod a. 1882 ne iterum Athesis inundatione devastaretur in Castrum Azzani translatum est, certiores nos fecit «che in esso non si trovano documenti relativi alla Isotta o che indirettamente possano illustrare la vita della celebre donna.»

70 Agostini (I. p. 105) hanc epistolam peculiarem Ludovici Fuscareni «de laudibus Isotæ Nogarolæ» libellum esse credidit, qui per errorem tantum in eius codicem epistolarem illatus esset («Ma per tornare al Codice, necessario è a sapersi, che in fondo ad esso vi è innestato un Opusculo del medesimo Foscarini con il titolo, che qui siegue: *Lodovici Foscarini etc. de laudibus Isotæ Nogarolæ*, con la giunta di XX. sue lettere alla stessa indirette»). Sed quæ in codice epistolæ inscriptionem («Ludovicus Fuscarenus Ysotæ Nogarolæ») præcedunt verba: «De laudibus Ysotæ Nogarolæ» tantum argumentum epi-

stolæ, ut solet in hoc codice, indicant. — Præterea in his Ludovici Fuscareni litteris Isotæ nomen occurrit. In calce litterarum, quas ad Damianum Burgum scripsit (nr. 114) hæc leguntur: «Postremo cum has scriberem facetissimæ tuæ ad me delatæ sunt litteræ, quas ridens legi, et lectis risu desistere non valeo et antequam responderim, tuam secutus auctoritatem, quæ iurisconsultorum sententia firmatur, Ysotam peritissimam consulendam duxi, et his alligata tuorum scriptorum exemplaria mitto, ut vel suo vel meo vel utriusque nostrum nomine quæstioni tuæ satisfaciant.» In aliarum autem litterarum (nr. 72) calce quas ad eundem Damianum scripsit hæc leguntur: «Ysotam prisca severitate, doctrina et sanctimonia venerandam virginem longissima nostri oblivione captam quando letem frequentissimum suæ mentis morbum, ut tu mihi nec credenti nec auscultanti prædicere consueveras, inter orationes, ieiunia, sacrificia, quadragesimalia decoxisse arbitratus fueris, meis verbis salvere iubeas. Vale.» Utraque epistola post a. 1451 scripta esse videtur. Denique ex litteris, quas Veronæ, ut videtur, fort. a. 1451 ad Pantaleonem Quaglianum, medicum Venetum scripsit (nr. 149) hæc referre iuvat: « . . . Sed quoniam non respondes, non audeo latius evagari, verum obtestari, orare, ut nostri aliquando te memorem declares, expectationem meam compleas, qui hoc animo sum, ut nihil magis cupiam quam in amore, verbis et suavitate tua conquiescere. Absentem igitur compatrem tuum carissimum saltem scriptorum necessitudine præsentem sentias et ab eo sentiri cures, si Ysotam Negarolam [sic], mulierem clarissimam, quæ liberrime loquitur, prophetasse firmare non vis. Dixit enim Clugiensem aquam in Lethem conversam, qua cum primum potatus es, omnium te oblivio cepit; itaque et Veronam nescis et eos qui Veronæ commorantur ignoras. Quibus et pluribus facetioribus verbis meam fidem, qui te cogitatione semper, ore sæpissime complector, deludit. Quas ob res da operam, quod ad me tua volumina deferantur,

quibus delecter et defendar, quoniam tam longa negligentia paucis curari non potest.»

[71] In libello quo nonnulla documenta ad controversiam Comitis Ferdinandi Nogarolæ contra Comitissam Isottam Nogarolam spectantia continentur quique «Stampa Co: Ferdinando Nogarola contro Co: Isotta Nogarola Pupilla al laudo» inscribitur et impressionis loco annoque non indicato a. 1758 impressus est (in 4°, 198 pp.) excerpta quædam ex hac sententia arbitrii leguntur. Quas tantum ad Castrum Azzani spectare neque omnia quæ id temporis acta sunt respicere summopere est dolendum. Controversia autem ista quæ in hoc libello tractatur inde originem duxit, quod Theresia Maffei uxor Alexandri Nogarolæ Aluisii filii die XXI. mensis Decembris a. 1757 defuncti Proveditores supra feudos rogavit ut se pro filia Isotta, quæ nondum sui iuris erat, ea parte Castri et Vicariatus Azzani investirent, quæ mariti Alexandri fuerat. Idem rogavit Ferdinandus Nogarola, alterius Alexandri Nogarolæ filius iure fideicommissi victoriamque reportavit.

Sentenza di Diuisioni

Sententia Arbitralis diuisoria inter D. Blancam Boromeam Matrem ex una, et D. D. Antonium et Lodouicum, et Leonardum Fratres de Nogarolis ex altera.

1453. 16 Octobris et cætera:

Et primo pro D. Blanca pronuntiamus, et condemnando declaramus præfactos D. D. Antonium, Ludouicum, et Leonardum Fratres admittendum, et liberè, et expedite relaxandum præfactæ D. Blanchæ eorum Matri dictas petias Terrarum jacentes in Pertinentia Castri Azzani, unam vocatam le Vernazze, et alteram la pezza, et dictum Molendinum situm in dicta Villa Castri Azzani cum suis apparamentis, ac cum cohærentijs, qualitatibus, et quantitatibus pætiarum Terrarum prædictarum, tamquam ad eam spectantes, et pertinentes, ac spectans, et pertinens et cum fructibus Anni præsentis extantibus, et perceptis, si qui sunt, et qui percipi poterunt ex dictis petijs Ter-

rarum, vel aliqua ex ipsis et cum omnibus, et singulis iuribus, et iurisdictionibus spectantibus, et pertinentibus dictis rebus, sive alicui ex ipsis, et potissime cum iuribus, et iurisdictionibus aquarum spectantibus, et pertinentibus dicto Molendino pro usu ipsius Molendini tantum.

Pro D. Ludouico. Nunc vero accedentes ad assignandam partem, siue portionem Bonorum comunium, ut supra prælibato D. Ludouico omni meliore modo quo possumus, diuidimus, adiudicamus, damus, et assignamus eidem D. Ludouico hic præsenti pro parte, et portione sua sibi spectante in dictis Bonis ut infra videl.

Item Domum, quæ appellatur Castrum de Azzano cum omnibus Bonis mobilibus, et Utensilibus in ea de præsenti existentibus cum Curtiuo et Broilo etce.

Item omnia alia Casamenta, Domus, Possessiones, et Bona situatas, et situata in Pertinentia, siue Guardia Castri Azzani, et Sancti Martini, quæ spectent, et pertineant de præsenti ipsis tribus de Nogarolis, ultra illas, quæ fuerunt assignatæ, et adiudicatæ suprascriptæ D. Blanchæ declarantis, quod in ipsis assignatis ipso D. Ludouico non intelligimus illas, quæ sunt alienatæ alicui aliæ Personæ, de quibus disponemus ut infra.

Item Decimam, sive Ius percipiendi Decimam de Terris, et Possessionibus jacentibus, et pertinentibus in Villa, et Pertinentia Sancti Martini de Azzano, et Castri Azzani prædicti.

Item Saltariam siue Guardiam dictarum Villarum.

Item Dacium de minuto, et ad grossum Villarum prædictarum, nec non earum Vicariatum cum omnibus, et singulis Iuribus Aquarum, et alijs Iuribus, et Iurisdictionibus, honoribus et oneribus spectantibus, et pertinentibus dictæ Possessioni, aut ipsis Fratribus pro ea, exceptis semper Iuribus et Iurisdict: addiudicatis prædictæ Dom. Blanchæ ut supra, et excepto onere tenendi in dicta Villa Castri Azzani unum Sacerdotem salariatum, qui in Ecclesia ibi

existente celebret Diuina Offitia iuxtas solitum, quod onus volumus comune, ut infra etce.

72 In libro census viciniæ Sanctæ Cæciliæ hæc nota a. 1456 legitur: «Sp. d. Ludovicus de Nogarolis cum matre et sorore libras sex solidos sex.»

73 Blancam Nogarolam a. 1461 e vita decessisse ex Isotæ epistola, quam ad Iacobum Antonium Marcellum scripsit, et ex hac ipsa Fuscareni epistola apparet, quæ in unico qui extat harum epistolarum codice inter alias Fuscareni litteras Utini scriptas legitur, quod quamquam «nullo servato temporum aut locorum ordine» ut in codicis fronte legitur, hæc epistolæ collectæ sunt, hoc sane loco non casu factum est. Constat autem Fuscarenum a. 1461 Utini Locumtenentis Generalis officio functum esse.

74 Matthæi Bossi epistolæ cum temporum ordine servato editæ sint, hæc Bossi epistola certe ante a. 1456, et paulo post a. 1451, quo Isotæ de Adæ et Evæ peccato dialogus a Bosso laudatus editus esse videtur scripta est. Præterea a Tiraboschio edocemur, Bossum a. 1428 natum annoque 1502 defunctum a. 1451 religiosum habitum induisse. Aliud autem Bossi de Isota testimonium in eius Exhortatoria ad Cardinalem Bessarionem scripta et Recuperationibus Fæsulanis (1493) inserta legitur: «Nequeo omissas facere Corneliam Turrensem et Isotam Nogarolam conterraneas meas, quarum cum reminiscor plurimum lætor. Sic et Apollodorum Eritreum de Sibylla concive sua plurimum gloriatum fecerunt [ferunt?]. Harum prima cum fuisset diutius matronarum Veronensium corona et singulare decus, ad extremum maiore animo impetrato divortio adhuc vivente viro divino se cultui perpetuo mancipavit. Altera vero virginitatis lilium et eloquentiæ flumen, quam merito ipsi Hortensiæ possim comparare, spretis calcatisque terrenis illecebris humillima veste contenta totum litteris sacris dedicavit ingenium, illis sese ostentat; illius continue sacra volumina terunt genua, nunquam de manibus exeunt Aurelii divi aut Hieronymi libri.»

75 Male Fridericus Stefani in Genealogia familiæ Condulmeriæ apud Pompeium Littam: «mori giovane ancora in Roma a' 5 dicembre del 1454.»

76 Pompæ, qua Hermolaus Barbarus Veronam ingressus exceptus est, descriptio legitur apud Hieronymum della Corte, Dell'Istorie della città di Verona (Venezia 1744, III. p. 94 sqq.), qui etiam Antonium et Ludovicum Isotæ fratres pompæ interfuisse narrat.

77 Hanc Hermolai apologiam Agostini e codice quodam Saibantiano noverat, qui ubinam gentium nunc lateret piget me non potuisse comperire. Veronæ, Parisiis, Oxonii sane frustra a nobis quæsitus est neque inter codices Ashburnhamenses repertus esse videtur. In Angliam non delatum esse A. Neubauer, Bibliothecæ Bodleianæ custos doctissimus ex ipsis auctionum, quibus bibliotheca Saibantiana identidem subiecta est, catalogis nos certiores fecit.

78 Scipio Maffei in Verona Illustrata (II, III. p. 83) Paulum Maffei circa a. 1380 natum esse et inde ab a. 1425 suo religiosorum ordini præfuisse tradit, sed quo anno mortuus sit incertum relinquit. Epistola, in qua Isotæ scribit se simulac idoneum librarium nactus sit opus illud Isotæ dedicatum, quod periisse dolemus, ei missurum esse, certe ante a. 1452 scripta est, nam unus in ea Isotæ frater equestri dignitate insignis memoratur, cum eo anno hæc dignitas Leonardo quoque et Ludovico Nogarolis delata sit. Quod autem in «Biografia Universale» (Venezia. Missaglia. 1828. Vol. XLI. p. 37) «Paolo Maffei suo direttore le ha dedicato un trattato della virginità» legitur, falsum esse videtur.

79 Confer «Catalogue des livres de la Bibliothéque de M. Pierre-Antoine Bolongaro Crevenna.» 1789. III. p. 122: «nr. 5374. Opuscula varia. in 4. cart. — Manuscrit sur papier du XV. siècle, contenant 200 feuillets écrits à longues lignes par differentes mains, partie en lettres rondes et partie en lettres de forme. Ce Ms. contient les opuscules suivants: . . . 2. Isotæ Nogarolæ Oratiuncula ad

laudem beatissimi Hieronimi edita ad contemplationem Patris Victoris de Rosatis, Veronæ IIII. nonas Iulii 1454.» Sed iam a. 1453 orationem editam esse et quidem Victoris de Rosatis nomine non indicato ex his Ludovici Fuscareni verbis, quæ in litteris Brixiæ a. 1453 scriptis leguntur, apparet: «Laudes vero gloriosissimi Hieronimi . . . apud alios vulgatas, quando nostri iam diu oblita memineris, quando me tanto honore dignum iudicabis, libentissime legam» (II. p. 116); tum «coram devotissimo illo patre, cuius nomen scire cupio» (II. p. 119). — Dominici Belloni, ex cuius exemplari Marcianus codex a nobis adhibitus exscriptus est, epistola ad Ludovicum Fuscarenum data extabat in eodem codice Petri Crevennæ nr. 5374 signato. In codice Mutinensi autem orationi «Isota Nogarola venerabili in Christo Patri Domino Victori de Rosatis sal. pl. d.» titulus præfigitur. Et similis titulus fuisse videtur in codice illo apud Crevennam, qui minus accurate descriptus est in alio eiusdem bibliothecæ catalogo: Catalogue raisonné de la collection de livres de M. Pierre Antoine Crevenna 1776 IV. p. 247: «Un volume Manuscrit in 4° contenant entre autres opuscules Latins en prose et en vers les suivants: Isotæ Nogarolæ Epistola ad Patrem Victorem de Rosatis data Veronæ IIII. nonas Iulii MCCCCLIIII. . . .» Qua descriptione in errorem inductus præter orationem Victori de Rosatis inscriptam aliam Isotæ ad eundem epistolam extitisse olim falso credidi.

80 Quod vulgo hæc oratio ab ipsa Isota in concilio Mantuano recitata esse creditur, falsum est. Neque quæ apud Voigtium leguntur (Pius II. vol. III. p. 615) fide digna sunt: «Zu Mantua stellte sich dem Papste auch Isotta Nogarola, die literarische Amazone des Jahrhunderts vor. Sie hielt eine glänzende Rede, über deren Gelehrsamkeit sich der Cardinal Bessarion nicht genug wundern konnte. Ausserdem richtete sie Reden und Briefe an ihn, die zum Türkenkriege anfeuern sollten.» Hippolyta Sfortia tantum in Concilio Mantuano apud Summem Pontificem

ipsa orationem suam recitasse videtur. Confer Tiraboschium l. l. p. 53. Male etiam Onophrius Panvinius in Antiquitatibus Veronensibus (p. 167): «Hæc doctissima virgo præter elegantissimas latino sermone epistolas Pio II. Pontifici Maximo scriptas, cui Pontifex responsionem dignatus, eius ingenium maximopere admiratus est» &c. Panvinium Iacobus Gaddi secutus est in opere «De scriptoribus non ecclesiasticis græcis, latinis, italicis» a. 1648 edito p. 106.

81 Franciscus Agostino Della Chiesa (Teatro delle Donne letterate. Mondovi 1620 p. 192) et Ambrosius Levati (Dizionario Biografico . . degli uomini illustri. Mediolani 1821) Bessarionem Roma Veronam profectum esse affirmant. Temere.

82 Viros doctos qui Iacobo Antonio Marcello suum de filii morte dolorem declarabant Iacobus Morelli enumeravit in opere satis raro, quod duobus abhinc annis Bononiæ Gustavi Frizzonii cura recusum est: «Notizia d'opere di disegno nella prima metà del secolo XVI. esistenti in Padova, Cremona, Milano, Pavia, Bergamo, Crema e Venezia scritta da un anonimo di quel tempo pubblicata e illustrata da D. Jacopo Morelli custode della Regia Biblioteca di S. Marco di Venezia. Bassano, 1800.» p. 201 sqq.: «Grande fu l'estimazione in cui gli huomini di lettere tenevano questo gentiluomo; la quale chiaramente s'è mostrata in una raccolta di prose e poesie Latine di varii sopra la morte di Valerio figliuolo di lui mancato in età di anni otto; veduta già da Apostolo Zeno in un codice di grande pregio presso il Procuratore Federigo Marcello (Dissert. Voss. T. I. p. 298. 341. T. II. p. 25), e da me pure esaminato nell'anno 1767, in un grande negozio di libri. V'erano in esso Orazioni e Pistole consolatorie di Nicolò Sagundino, di Giorgio da Trebisonda, di Francesco Filelfo (di cui l'operetta è stampata), d'Isotta Nogarola, di Carlo Fortebracci Conte di Montone, di Montorio Mascarello, di Battista Guarino e di Pietro

Parleone, con un' elegia Greca del Filelfo da Lodovico Carbone Ferrarese voltata in Latino. Vi mancava però un poemetto che da se il Carbone fece, manoscritto presso di me con altre sue cose; dal quale si conosce che anche Tito Vespasiano Strozzi sull' argumento medesimo aveva scritto. Mancava pure fra que' componimenti un poemetto consolatorio che si sa Giano Pannonio aver fatto, ed or non si vede (J. Pannon. Vita p. 236), non essendo rimaso fra le cose sue a stampa sennon un epitafio di pochi versi sul morto fanciullo (Lib. I. nr. 137); non vi era un'altra versione Latina dell'Elegia Greca del Filelfo, fatta da Lionardo Grifo Milanese che io vedi manuscritta; nè vi era un Epigramma di Gregorio da Città di Castello, che a stampa si trova ne' versi suoi coll'Antonio di Venezia 1472».

83 E Blancæ Nogarolæ testamento, quod a. 1457 die XXIV. mensis Martii scriptum est, nonnulla ad possessionem Castri Azzani spectantia in libello supra laudato qui «Stampa Co: Ferdinando Nogarola contro Co: Isotta Nogarola Pupilla al laudo» inscribitur excerpta leguntur (p. 6 sqq.). Totum testamentum dignissimum sane quod legatur ut hic inserere possem, Caietani Da Re beneficio factum est, qui ex Ludovici Cristofoletti, Tabularii Notarialis quod est Veronæ quondam custodis apographo descripsit, quod nunc in Publico Tabulario Veronensi inter alia eiusdem viri scripta asservatur:

In Chrispti nomine Amen

Die Jovis XXIIIj Martij M^{o} ^{c}IIIjLvij Inditione quinta Verona in domo habitationis infrascripti.

La spetabele e generosa una Madona Biancha da Nogarole fiola q.m de M. Bonromeo de Bomromei et uxor q.m spectabile homo M. Leonardo da Nogarole sana per la Dio gratia del corpo e de lintellecto . . . . la morte sua non nassa alcuna divisione e rixa in linfrascripti sui desendenti e successori ha

disposti fare el presente testamento in scripto solum come se contegnara qui de sotto ordinata mentro.

In primis la recomanda lanima sua a la omnipotente Dio e la sua madre gloriosa Virgine Maria e tutta la corte del cello trihumphante.

E vole e comanda che quando vera el tempo de la sua morte el suo corpo sia sepeliti in la clexia de Madona Santa Zecilia in monumento suorum &c.

Item laxa pro anima sua et in remissione peccatorum a linfrascripte clexie e religione et prima a la clexia de Sancta Zecilia de Verona ubi jacebit el suo corpo ducatos quinque aurj.

Item Ecclesie Sancte Marie de Archarupta ducatos quatuor aurj.

Item Ecclesie Sancti Zenonis in monte ducatos quatuor aurj.

Item fratribus Jesuatis ducatos quatuor aurj. Item dominabus de Sancta Clara ducatos quatuor aurj. Item dominabus Sancti Johanis de la beveraria ducatos quatuor auri, Item fratribus Sancte Anastaxie ducatos decem aurj.

Item laxo che tutte le mie fiole che se trovara a la mia morte siano vestite supra el corpo mio condecenter et similiter le mie nore. Item lasso a Lodovigo mi fiolo la mittade de tuti li mey ficti e intrade da Schio et in pedemonte de Vexentina con la proprietà de queli.

Item laxo a Ysota mia fiola laltra mittade di li miei ficti e intrade de Schio et in pedemonte supra scripte equaliter et equis portionibus. Item lasso a lodovigo mio fiolo tutto quello chio a fare Azano, zoe el molino la proa e le Vernace, e omni altra cosse chio avexe a fare in quello logo. Item lasso chel el dicto Lodovigo mio fiolo sia ogni anno obligato dare a Ysota mia fiola sua sorella trenta minali frumento e tria cara de vino conducto a Verona a tute sue spexe de el dicto Lodovigo ala casa de labitatione de la deta madona Ysota mia fiola. Item voio e ordeno che se Ysota predicta mia fiola, mo-

risse inanti et predicto Lodovigo che tuto quello chi o lassato a la dicta Ysota sia e devegna al dicto Lodovigo mio fiolo o sia ai miei heredi maschi e legittimi e naturali e de legittimo matrimonio nati e vice versa el dicto Lodovigo morisse inanti la dicta Ysota mia fiola senza fioli maschi legittimi naturali ut supra volgio che li predicti miei beni universaliter siano e devegnano a Ysota mia fiola predicta! Item lasso e gravo le dicti Lodovigo e Ysota siano obligati dare a Laura mia fiola sua sorelle moiere de Cristofollo de Pelegrino ducati trenta omni anno per sina che abiano dato ducati iiij doro in questo modo che el dicto Lodovigo sia obligato dargene vinti e Ysota dexe e questo in caso che la vegnesse che la dicta Laura remagnesse vedua de Cristofono de Pelegrino suo marito ma vivendo Cristofono non habbia alcuna cossa. Item lasso che el dicto Lodovigo mio erede universale in vita sua . . . . poij la morte sua li infrascripti mey successori e cadauno de loro in solidum omni anno fazano dire per l'anima mia e de tuti li mey passati uno anovale a Sancta nextaxia e de questo piu tosto li prego che li obligo. Item lasso alenfrascrite mie . . . . maritate e dotate zoe Isabella, Bartolomea, Laura, Zenevra libre decem per una per raxone de institutione e omni altra legitima debita, che per raxone de natura alore podesse aspectare in li mey beni e volgio e comando che quele siano tacite e contente de questo . . . . Item laxo a Messer Anthonio e a Lonardo de Nogarolle mey fioli libre XXV per uno per raxone de institutione e per omni legittima debita a loro per rasone de natura o sia de altro subsidio de beni che forsi ge podesse aspectare in li mey beni, o sia parte de quelli volendo e comandando che de questo, loro romagnano contenti e may non possano venire contra la dita mia voluntade. Item volgio ordeno e comando che niuno de linfrascripti mey heredy e successori non possano may per alcuno tempo, e per alcuna conditione vendere ne alienare ne permutare,

ne per altro modo transferire el dominio di li dicti mey beni senza urgentissimi e necessitatissima causa aprobata per li Signori de la pietà. Item laxo mey comissarij et executori de la mia voluntade li Signori de la pietade insieme cum li dicti mey fioli Lodovigo e Ysota mia fiola, dando a loro piena licentia che de l'entrate di li dicti beni possano exequire questa mia voluntade: con più comodo de linfrascripti mey heredy che se possa. In tuti li altri mey beni mobili e non mobili presenti e futuri et nominibus debitorum instituisso Lodovigo mio fiolo mio erede universale, e se el dicto Lodovigo morisse quandocumque senza fioli maschi legittimi naturali e de legittimo matrimonio nati, volgio che li dicti mey beni debia venire in la dicta mia fiola Ysota e quelli debia galdere tuto el tempo de la vita sua, e dopo la morte de la deta Ysota volgio che li dicti mei beni deveniant in li inprascripti mei fioli Messer Anthonio e Lonardo da Nogarolle o sia soy fioli maschi legittimi naturali e de bono matrimonio nati ut supra equavinciter e mancando alcuno de loro senza fioli maschi legittimi naturali ut supra volgio che li dicti mey beni siano de laltro fradello, o sia de li soy heredy maschi legittimi naturali ut supra, intendando e declarando sempre la mia intentione che li dicti mey beni non enseno may de la casa da Nogarolle: Item lasso che sel dicto Lodovigo, Ysota, Messer Anthonio, Lonardo suprascripti morissini senza fioli maschi legittimi naturali ut supra e lore fioli senza filioli legittimi ut supra in infinitum, voio che li dicti mey beni deveniane a la sancta Casa de la pietade de Verona, con questo che li Signori de la pietade siano obligati far celebrare omni anno uno anoale a sancta Anestaxia per l' anima mia e de li miei pasati e siano oltra de questo obligati aiutare maritare e suvenire in omni sua necessitade e in omni tempo tuti e tute li proximi e proxime parenti e parente che fuxine usiti de mi e de mi fioli e fiole, e se ge fosse qualche parente de li Bomromey bisognasse, a tuti siano

obligati fare subventione in omni tempo che bisognasse de lintrate de li mey beni e non possessione possiano mai vendere ne impignare li dicti mey beni, intendando e declarando che tunc in questo caso li Signori de la pietade possano retinere libras quadraginta omni anno pe li poveri de le dicte intrate. E in caso fusse che non se trovasse niuno de li predicti parenti o sia parente bisognasse ale qualle li dicti Signori dovesse dispensare li dicti mey beni tunc volgio che li dicti signori siano obligati a tenire uno capellano a la dicta eclexia de Sancta Cecilia e darge libras centum omni anno de intrada per lamore de Dio e lui sia obligato celebrare a laltare da Nogarolle fundato in la dicta clexia, el resto siano obligati a dispensare ale dicte regasse de observantia. Et questa declara essere sua ultima voluntade e dispositione, la quale se non podesse vallere per ragione de testamento per alcuna sollepnitade obmissa vole che valia per raxone de codicilio, e se per codicilio non podesse valere per alcun manchamento volle che valia per donatione causa mortis e per altra melior via e forma e modo che podesse vallere, cassando e anullando uni altro testamento e ultima voluntade che l'avesse facto in passado e maxime uno testamento facto de MoiiijL del quale se dixe pentire e non volle che per niuno modo vaia

Item lasso e gravo el dicto Lodovigo che daga a la dicta Ysota mia fiola uno lecto fornito perche al presente me ne trovo havere duy, e la mita de la drapamento de lino e cossi li mey cofony e le mie conse, che che se trovarano, li mey cofony siano divisi per mittade tra li dicti Lodovigo e Ysota.

Io domp. Zuano q. Facini de Verona Arciprede de la clexia de Sancto Stefano de Verona scripssi el suprascripto testamento de voluntade e de comandamento de la prefata Madona Biancha perche ley non sapea scrivere la quale cognobi essere de sana mente e de bono intellecto ordenando el so testamento e la dicta zonta del legato

del dicto lecto scripsi de voluntà e comandamento de la dicta Madona Biancha, e prega linfrascripti notari e testimoni che se voliano soto scrivere a lo dicto suo testamento, in testimonio de le qual cosse me o sotto scripto e o sigillado con lo mio anello primo salimbacho posto da la parte destra del dicto suo testamento el quale e una testa de homo a di e millesimo suprascripto.

Ego dom. Petrus Capellanus in Ecclesia Sancti Stephani Verone una cum infrascriptis testibus ad omnia et singula in hoc pagine presentis inferiori spacio facta contenta et scripta per suprascriptum D. Iohanem omnibus simul presentibus et rogatus in ipsa pagine eiusque testamento suprascripte Domine Blanche mandato mea manu in testem me subscripsi et eam sigillo suprascripti Domini Iohanis signavi habente in circulo caput hominis propter carentiam sigilli proprii die et millesimo suprascripto in secundo salimbacho posito a manu dextra.

Ego Petrus de Ponzonis f. q. D.^{ni} Abrami de S.^{to} Stephano Verone publicus Imperialis auctoritate notarius et Iudex ordinarius una cum suprascripto domino Petro et infrascriptis aliis testibus ad omnia et singula suprascripta in huius pagine inferiori spacio contenta et scripta per suprascriptum D.^{m} Joahenem omnibus simul presentibus et rogatis in ipsa pagina eiusque testamento suprascripte Domine Blanche mandato mea manu in testem me subscripsi et cum sigillo meo consueto habente quarterium signavi in tercio salimbacho a manu sinistra die et millesimo suprascriptis.

Ego Petrus Paulus rector scolarium q. M. Iohannis de Sancto Stephano Verone una cum suprascriptis et infrascriptis testibus ad omnia et singula in hac pagina presentis inferiori spacio facta et scripta per suprascriptum D.^{m} Iohannem suprascripto de mandato suprascripte Domine Blanche de Nogarolis mea manu propria in testem me subscripsi et cum sigillo suprascripti D.^{ni} Iohannis habente caput hominis signavi in sinanbacho quarto a manu dextra

quod ad manum ex cordulis super scriptis cere impressı die millesimo suprascriptis.

Ego Iacobus q.o Constantii de Ponti de S.o Stephano Verone pubblicus Imperiali auctoritate notarius una cum suprascriptis et infrascriptis testibus ad omnia et singula in hoc pagine presentis inferiori spatio facta et scripta per suprascriptum D.m Joahenem omnibus simul presentibus et rogatis in ipsa pagina eiusque testamento mandato suprascripte domine Blanche mea manu in testem me subscripsi et eam sigillo infrascripti Iohannis Benedicti habente caput hominis veteris signavi quod ad quintum ex cordulis suprascritis cere impressi die et millesimo suprascriptis.

Ego Martinus filius quondam Silvestri notarii de Cataldis pubblicus Imperiali auctoritate notarius de Sancto Stephano Verone una cum suprascriptis et infrascriptis testibus ad omnia et singula in hoc pagine presentis inferiori spatio facta et scripta per suprascriptum D.m Iohanem omnibus simul presentibus et rogatis in ipsa pagina eiusque testamento, mandato suprascripte Domine Blanche, mea manu in testem me subscripsi et eam sigillo meo habente in circulo H. C'. signavi quod ad sextam ex cordulis suprascriptis cere impressi die et millesimo suprascriptis.

Ego Bartholameus f. q. B. Iohanis Picinini de Vellosiis de Sancto Stephano Verone publicus imperiali auctoritate notarius una cum suprascriptis et infrascriptis testibus, ad omnia et singula in hoc pagine presentis inferiori pacio facta et scripta per suprascriptum B. Iohanem omnibus simul presentibus et rogatis in ipsa pagina eiusque testamento suprascripte Domino Blanche mandato mea manu in testem me subscripsi et eam sigillo suprascripti Petrino de Ponzonibus signavi quod ad septimum ex cordulis suprascripti cere impressi die et millesimo suprascripto.

Ego Bartholomeus f. q. M. Antonii Sertoris de Mon-

tebello de ponte petre Verone publicus imperiali auctoritate notarius una cum suprascriptis et infrascriptis testibus ad omnia et singula in hoc pagina presentis inferiori spatio facta contenta et scripta per suprascriptum D. Iohanem omnibus simul presentibus et rogatis in ipsa pagina in ipso testamento suprascripte Domine Blace mandato mea manu in testem me subscripsi et eam sigillo suprascripti Petri notari de Ponzonibus habente scutu in circulo signavi quod ad octavam ex cordulis suprascriptis cera impressi die et millesimo suprascriptis.

Ego Iohanes Antonius de Stopanis filius M.r Bernardi Caliarij de Sancto Zilio publicus imperiali auctoritate notarius una cum suprascriptis et infrascriptis testibus ad omnia et singula in hoc pagine presentis inferiori spatio facta et contenta et scripta per suprascriptum D.m Iohanem omnibus simul presentibus et rogatis in ipsa pagina in ipso testamento D. Blance mandato mea manu in testem me subscripsi et eam sigillo suprascripti Martini de Cataldis signavi quod ad unam ex cordulis suprascriptis videlicet nonam cere impressi die et millesimo suprascriptis.

Ego Iohanes Benedictus filius Antonii de Mai.o de Pigna Verone publicus Imperiali auctoritate notarius una cum suprascriptis testibus ad omnia et singula in hoc pagine presentis inferiori spatio scripta contenta, et scripta per suprascriptum Iohanem omnibus omnibus simul presentibus et rogatis in ipsa pagina eiusque testamento suprascripte Domine Blanche mandato mea manu in testem me subscripsi, et eam sigillo meo proprio habente caput hominis veteris in circulo quod ex ultimam ex cordulis suprascriptis cere impressi, die et millesimo suprascriptis.

84 Isotam in ecclesia Sanctæ Cæciliæ, quæ nunc in domum privatam mutata est, sepultam esse haud improbabilis est Caietani Da Re suspicio, cum Isotæ mater Blanca in eadem ecclesia tumulum sibi delegisset. Alios quoque ex eadem familia ibi sepultos esse apparet ex hoc Turresani loco: «Vetustissima gentis monumenta nobilissima-

que sarcophaga supersunt in templo Sancti Laurentii Veronæ. Ut antiquissimum visitur in Ecclesia Sanctæ Cæciliæ, relatum etiam ab Carusio in origine Gentis Contarenæ Venetæ Patriciæ». Franciscus Sansovino autem suæ Nogarolarum insignium descriptioni hæc adiecit: «si come si vede in Verona in più luoghi, et spetialmente in S. Cecilia chiesa vecchissima et veneranda, dove è scolpita in un sepolcro fatto l'anno 1120 et in un altro sepolcro d'Isnardo Cavaliero l'anno 1144. Si vede anco nella chiesa di Santa Maria Antiqua presso a sepolchri de Signori della Scala, una sepoltura di questa famiglia fabricata l'anno 1210.» Falsa sunt quæ tradit Iacobus Philippus Tomasinus (Elogia... Patavii 1644. I. p. 342): «Defuncta apud suos anno M.CCCC.LXVI. quiescit in æde S. Mariæ Antiquæ, ubi vetus sepulcrum spectatur hac inscriptione

COMITVM
DE NOGAROLIS SEPVLCRVM M.CC.X.»

Cuius accuratiorem descriptionem Petrus Sgulmèro nobis suppeditavit: «L'iscrizione del sepolcro Nogarola che leggesi sull'arca di Mastino I. nel Cimitero Scaligero connesso alla chiesa di S. Maria Antica in Verona e questa:

SEPVLCRVM COMITVM DE
NOGAROLIS MCCXX . .

Le cifre che seguono la seconda X. furono raschiate e non si possono legere più».

At falsam esse inscriptionem Sgulmèro suspicatur, cum tumulo Mastini I. Scaligeri inscripta sit Latinis quidem non Gothicis, quæ ea ætate sollemnes erant, litteris. Quare nescio an erraverit Turresanus cum hæc de Baylardini Nogarolæ, qui ineunte sæculo quarto decimo floruit, sepultura protulisset: «Baylardinus . . solemni pompa sepultus est in Arca prope Scalanos Principes ad Valvas Templi Sanctæ Mariæ Antiquæ.» Denique inter notulas apud Io. Bapt. Carolum Giuliari superiore sæculo scriptas hæc legi:

«Leonardo Nogarola sepellito in S. Clemente ed Antonio fratello d'Isotta». Quæ num recte se habeant, ignoro.

Unum adhuc restat, ut quibus artis monumentis Isotæ imago nobis tradita sit exponam. Tria igitur nobis cognita sunt. Primum, ex quo Iacobum Philippum Tomasinum in «Elogiis virorum literis et sapientia illustrium» (Patavii 1644) Isotæ imaginem una cum Angelæ Nogarolæ imagine lectoribus spectandam proposuisse suspicor, cum Angelæ et Isotæ imagines non mediocri studio a nobilibus de Nogarolis conquisitas in lucem se proferre testetur, inter aliorum plurimorum Nogarolarum imagines in Castro Azzani asservatur. De quo hæc mihi Petrus Sgulmèro scripsit: «Nella sala al piano nobile di quel palazzo abbiamo veduto una grande pittura, su tela, di forma quadra, rappresentante Isotta Nogarola, a mezza figura, vestita di nero, sedente e velata così, che il lungo velo le cade sulle spalle. Il ritratto sembra eseguito tra il cadere del secolo XVI. e il seguente secolo e può essere copia di ritratto piu antico. Ha un vero valore artistico, e così nel disegno, come nel colorito dimostra che il pittore lavorava con franchezza e con vigoria ardita. Sul quadro stesso si lege:

ISOTA COM: DE NOGAROLIS
ÆQVIVOCVM EST
MORIBVS AN SCIENTIA MAIOR
FVERIT
MCDLXVI.»

Quam imaginem qui accuratius cognoscere velit adeat Iulii Sartorii pictoris Veronensis librum qui «Promoteca Veronese» inscribitur (Veronæ 1883), unde, una cum Isotæ vita ab Isabella Comitissa Scopoli-Biasi descripta, desumpta actis publicis «La Ronda» quæ octavo quoque die Veronæ eduntur (1884, XIV. Sept.) inserta est. Etiam in cellis subterraneis Bibliothecæ Universitatis Bononiensis extant Isotæ et Angelæ imagines (Isotæ imaginem sibi depingendam curavit Alexander Comes Apponyi) quas qui easdem

atque pares cum illis esse suspicaretur, quas Tomasinus in Museo Laurentii Pignorii Patavini, qui a. 1631 obiit, extitisse tradit o. l. p. 214, is sane temerarius esset. Ea demum Isotæ imago, quam huic editioni præfiximus, e pictura sæc. XVI. Venetiis in Museo Civico asservata, quæ Comiti Apponyi reliquis præstare videbatur, sumpta est. Quod autem vitiosam huius imaginis subscriptionem (ISOTA NOGAROLA DOCTR. MATR.) delevimus, neminem nobis vitio daturum esse confidimus. Denique ea imago quam infra apposuimus in Philippi Bergomensis opere de claris selectisque mulieribus scripto Isotæ et Angelæ de Nogarolis vitis præfixa est.



II.

DE LIBRIS MANUSCRIPTIS QUIBUS ISOTÆ NOGAROLÆ OPERA CONTINENTUR.

Absolutis iam de Isotæ vita quæstionibus hoc unum restat, ut quibus codicibus Isotæ opera nobis tradita sint paucis exponamus omissis hoc loco eis quæ data occasione supra in notis attulimus.

Isotæ igitur et Zeneveræ epistolas mature iam in volumen redactas esse et ipsam Isotam diligentem in epistolis suis describendis et colligendis operam posuisse ex nonnullis eius litterarum locis intellegitur. Quos epistolarum codices ætatem non tulisse eo ægrius ferimus, quod non solum Zeneveræ epistolas fere omnes sed nonnullas etiam Isotæ epistolas, præsertim eas, quas in prima adolescentia scripsit, ea clade periisse constat.

Perierunt igitur litteræ quas sorores cum bonarum litterarum studia vix primis labris degustavissent ad Franciscum Barbarum dederunt; tum ex epistola quadam Georgii Bevilacquæ discimus unas sororum litteras ad eum scriptas ad nostram ætatem non pervenisse, atque etiam nonnullas Isotæ epistolas quas ad Damianum Burgum scripsit periisse e litterarum commercio quod inter Damianum et Isotam intercedebat intellegimus, nec ea quam Ludovicus Fuscarenus in litteris a. 1453 scriptis memorat Isotæ epistola ad Sanctæ Crucis Reverendissimum Patrem (sine dubio ad Nicolaum Albergatum, qui a. 1375 natus a. 1443 die IX. Maii obiit) scripta amplius extat. Maximopere autem dolemus, quod ne una quidem epistola ex earum numero ætatem tulerit, quas ad Ludovicum Fuscarenum Brixiæ Prætorem scripsit, ex quibus multo etiam clarius quam vitæ rationem post reditum in patriam secuta esset appareret. Tamen egregie falluntur, qui deperditarum Isotæ epistolarum numerum supra fidem augentes in unica bibliotheca Parisina inter libros Iacobi

Thuani codicem asservari tradunt, quo 564 Isotæ litteræ contineantur. Quod Moreri testis sane levis* non solum viro docto qui in «Biographie Universelle de Femmes Célèbres» (Parisiis 1827) Isotæ vitam scripsit, sed etiam Isabellæ Comitissæ Scopoli-Biasi** persuasit. At codex ille Thuanæus, quo in «Catalogo Bibliothecæ Thuanæ» (Laxenburg 1704 p. 450) «Ant. Panormitæ, Isotæ Nogarolæ et Mafæi Vegii Epist. f.» contineri dicuntur, non periit, sed extat adhuc in Bibliotheca Nationali Parisina numero 8580 notatus, quem Catalogus huius Bibliothecæ typis impressus (vol. IV p. 473) «primum Iacobi Aug. Thuani postea Colbertinum»

* Moreri Grand Dictionnaire Historique (Basileæ 1732): «Cette fille écrivit diverses lettres pleines de sçavoir et nous apprenons d'un Auteur moderne [qui quisnam fuerit, ignoro], qu'il y en avoit cinq cens soixante-quatre manuscrites d'elle dans la bibliothèque de M. de Thou.»

** In Iulii Sartorii libro «Promoteca Veronese» inscripto: «Il Moreri dice che una sola biblioteca parigina possedeva fino a 564 tra lettere e opuscoli suoi. Ne v'ha dubbio che Isotta avrebbe lasciato un numero ancora maggiore di opere se la morte non l'avesse rapita in età ancor fresca giacchè sembra ch'ella non giungesse al cinquantesimo anno.»

fuisse eoque Isotæ Nogarolæ, Maphei Vegii et Antonii Panormitæ epistolas contineri refert. Ridebunt sane lectores, si unam tantum Isotæ epistolam in hoc codice extare audiverint. Qui error sane ridiculus unde ortus sit, rescire non potui; videtur Moreri vel auctor ex quo sua hausit, paginarum numerum in loco quodam laudato pro numero epistolarum in eo codice servatarum male habuisse.

Codices, qui primas quæ supersunt Isotæ epistolas nobis servaverunt, quique ad certa genera referri possunt non pauci extant.

Plurimæ Isotæ epistolæ leguntur in eo codicum genere, quod codicem Vindobonensem 3481, Veronensem 256, Vaticanum 5127 complectitur, in quibus hæc Isotæ epistolæ leguntur: XII. XIII. XIV. IX. XIX. XX. XXIII. XXIII[a]. XV. XVI. XVII. XVIII. III. V. VI. IV. XXII. II. XXV. XXVI. XXVII. XXI. XXIV. XXVIII. Ad quas in codice Veronensi epistola LV et Isotæ de Adæ et Evæ peccato dialogus accedit. Cum codice Vindobonensi autem conspirat liber Neapolitanus, nisi quod tres postremæ quæ in illo leguntur epistolæ in hoc desiderantur. Tum ex uno

eodemque libro descripti sunt codex Guelferbytanus (83, 25) et Monacensis 522 (anno 1467 Hartmanni Schedel manu scriptus), in quibus deest quæ in codice Vindobonensi primo loco legitur Isotæ epistola ad Guarinum scripta, additur Iacobi cuiusdam epistola ad Ludovicum quendam de laudibus Nogarolarum sororum scripta. Ceterum mirum est, quod in utroque codice nonnullarum epistolarum initium tantum et finis legitur, cetera desunt.

Sex quæ in initio libri Vindobonensis leguntur epistolæ desunt, ceteræ omnes extant in libro Cremifanensi (nr. 10) ab Hugone Schmidt in «Catalogo Codicum Manuscriptorum in bibliotheca Monasterii Cremifanensis Ord. S. Benedicti asservatorum» (Lentii 1881, Tom. I. fasc. III. p. 180 sqq.) accuratissime descripto, in quo præterea inter nr. III et V «interponitur sequens» anonymi auctoris epistola, quæ inc. «Te quoque Italice iuventuti», expl. «ex te ipso pendes. Cumque nulla (?)».

Etiam Vaticanum librum 3194 eidem generi adscribere licet, sed desunt in eo hæc

epistolæ: XVII. XVIII. III. V. VI. IV. XXI. XXIV. et epistola XXII. ante epistolam XXVIII. legitur, quæ verbo *tuo* (p. 205, 5 editionis nostræ) deficit.

Tres tantum epistolæ XII. IX. XXIII.[a] leguntur in codice Riccardiano 779, Arundeliano 138, Basileensi F VIII, 18, qui olim Amerbachorum erat. In codice Parisino 8580 epistola XII., 7869 epist. XII. IX., 18130 epist. XXIII.[a] extat. Codex Vaticanus 5221 epist. XII. XIII. IX. XXIII. et Angelæ Nogarolæ epigramma ad Antonium Luscum sub falso tamen titulo, codex Vindobonensis 3494 epist. VII. VIII., codex in bibliotheca Marchionum Capilupi Mantuæ asservatus epist. XIII. exhibet. In codice Harleiano 2508 epistola IX. et Zeneveræ ad Iacobum Foscarum litteræ leguntur. Tum codex Venetus Zan. Lat. nr. 491 epist. XXV., Venetus cl. XIV. cod. 256 epist. XXVI. exhibet.

Denique apud Io. Bapt. Carolum Giuliari extat apographum sæc. XVIII. confectum epistolæ XXVIII. XXIV. VI. XIII. XII. XVI. IX. XXII. XVIII. LV. XXVI. XXIII.[a] («due copie, sur una delle quali si legge: Extrait

du Manuscrit de la Bibliothèque du Roi, Paris, Fond de l'Église Notre-Dame de Paris No. 274, Volumen in 4° sur Papier — Copie Figurie»), II. XX.; tum in alio apographo eiusdem ætatis epist. XXI. IV. III. XIV. V. XV. XXVII. XXIII. XIX.

Ad eos codices nunc accedamus necesse est, quibus eæ Isotæ epistolæ continentur, quas ad Damianum Burgum aliosque viros doctos posteriore tempore scripsit. Quæ præsertim codicum Riccardianorum Ambrosianique libri auctoritate nituntur. In codice Riccardiano 407 enim hæc extant epistolæ: XXXIX. XLI. XLVII. XLV. XXII. In Riccardiano 924 autem hæc: XXXIII. XLIV. XXXV. XLVI. XLV. XXXIV. XXXVII. XXXIX. XLI. IX. XIII. XIX. XX. XII. XLVII. XXX. Sequitur epistola anepigrapha, quæ a fratre quodam Isotæ (non ab Antonio) scripta esse videtur,* denique post An-

* Epistolam tuam, doctor eloquentissime, quæ partim latentes, partim patentes ad me attulit aculeos, qui me non modo urunt, sed fodiunt. Et ut verum fatear, illam multo meo cum pudore perlegissem, si ex animo scirem te hæc et vera proferre. Sed neque ex animo dicta sunt, cum omnia facta et simulata existant. Multa enim et varia conseris

gelæ Nogarolæ opera epistola XIV. legitur. Tum in codice Ambrosiano M 44 sup. epistola XXII. XXXVII. XXXIX. XLI.

solum ut a me libellum illum Gregorianum a te impudentissime totiens repetitum arripias, quem utinam ullo tempore non vidissem. Insuper fratrem Antonium fidum, ut reor, in opere et in sermone fidelem, sichophantam appellasti. Reffersi, ut asseris, ad te litteras impudentes cum offensum repeteres. Non enim in hoc tibi quispiam credet cum id mei officii non sit. Hortaris, ut ad rem veniam, tibi remitti liberculum, quem iam dudum habuisses, si mihi fidus aut cognitus affuisset; ipsum enim tanti facis ut ego, qui nec pecuniosus quidem sum, emere non possum. Quapropter non mireris, si cuilibet non commisi. Nunc vero quia allatus est fidus, per quem secure remittere librum tanti valoris possum, non invitus remitto sperans, quod pro ipso aliquid recompensabis in futurum. Dicis te nonnulla ad me scripsisse, quæ mihi reddita non sunt, nec hymnos vidi pro quo uterque ut dicis iniuriam [*lege* iniuria] est affectus, vel saltem alter; vide quæso quam calide me subducis laborem devitans. Addis præterea me dicendi facultatem prope morum [*lege* propemodum] egregiam assequutum. Sed utinam existimatio huiusmodi tua vera esset; non his tuis immeritissimis laudibus ipse subibo; mihi potius, vir eximie, mihi, inquam, ipse crede, qui mihi sum proprior [*lege* propior] quique me novi penitus. Mitte igitur quæso et quæ scripsisse asseris et mihi per te scribi cum instantia postulavi, quod et facies, spero, pro tua in me benivolentia. Nam id gratissimum erit, teque laudabo. Parce si loqui datur liberius quam tua requirat excellentia. Vale in amore atque solicita me benivolentia, constans esto; ego enim neque minus absens quam præsens amo te nec tacitus minus quam scribens persevero. Vale iterum.

XLVII. XXX. XLV. XXXV. XLVI. XXXIII. legitur. Ex hoc codice Isotæ epistolam ad Iulianum Cardinalem scriptam edidit Io. Ant. Saxius in «Historia Litterario-Typographica Mediolanensi» (Mediolani 1745 col. CXXI). Denique Epistola LV præcedit dialogum de Adæ et Evæ peccato in codice Corsiniano et Laurentiano plut. 90 sup. 47.

Libros autem Vindobonenses a Venceslao Hartl accuratissime descriptos, Guelferbytanum ab Augusto Wilmanns comiter indicatum, Monacensem ipse contuli, codicum Vaticanorum notitiam Augusto Mau debemus, qui etiam Isotæ ad Pium Secundum Pont. Max. epistolam ex unico qui extat codice Ottoboniano 1677 descripsit, Parisini libri 8580 collationem Augusto Wilmanns acceptam referimus, duos qui præter hunc extant libros Parisinos Ignatius Kont, Mantuanum codicem Stephanus Davari contulit, Florentinos codices Ludovicus Passerini conferendos curavit, Veronensem codicem Iosephus Biadego descripsit, notitiam Neapolitani libri A. Miola, Cremifanensis libri Hugo Schmidt, Basileen-

sis codicis Ludovicus Sieber, Arundeliani et Harleiani libri M. E. Thompson communicavit. Quibus viris doctissimis gratias agimus quam maximas. Aliis viris doctis quid deberemus suo loco in notis indicavimus. Quod autem Neapolitani, Basileensis, Cremifanensis, Arundeliani, Venetorum et Vaticanorum codicum collationem ut nancisceremur nullam operam dedimus, in tanta qui præter hos extant codicum copia vix quemquam vituperaturum esse confidimus.

Ipsas epistolas secundum temporum ordinem digessimus, nisi quod nonnunquam maluimus a recto ordine paululum recedere quam ea quæ arctissime cohærent seiungere, neque quod in Isotæ Codicem Epistolarem paucas quasdam at gravissimas epistolas recepimus, quæ neque ab Isota scriptæ neque ad eam datæ sunt, quales sunt Guarini Veronensis ad Leonellum Estensem et Iacobum Foscarum et Ludovici Fuscareni ad Damianum Burgum epistolæ, improbatum iri speramus. Damiani Burgi et Zeneveræ Nogarolæ epistolas, quarum autographis a Caietano Da Re in tabulario Veronensi repertis uti potuimus,

ad nostræ ætatis scribendi rationem revocare piaculum duximus, tamen lectorum commodo hoc nos debere putavimus, ut maiores pro minoribus litteris, *v* pro *u*, ubi necesse erat, poneremus et interpunctionem corrigeremus. In ceteris epistolis, quæ minus gravi auctoritate traditæ sunt, scripturæ æquabilitati magis studuimus, nisi quod etiam in his nomina propria et vocabula externa ad optimorum codicum fidem exhibuimus. Denique in lacunis explendis, quibus unicus qui extat Fuscareni codex scatet, noluimus periculum facere, cum singulorum locorum sententia raro tantum in dubium vocata ipsa verba restituere rarissime possemus.

De paucis tantum codicibus qui vel latent vel perierunt quorumque memoriam tantum ex libris impressis revocare potuimus, ut pauca referamus restat.

In codice 1201 Bibliothecæ Monasterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum epistolam XXV. LV. II. extitisse tradit Io. Bened. Mittarelli in «Bibliotheca Codicum Manuscriptorum Monasterii Sancti Michaelis Venetiarum prope Murianum» (Venetiis

1779 p. 106. 810. 813). Epistola LV etiam in codd. 648 et 1130 extabat, dialogus de Adæ et Evæ peccato ex ipsa editione Aldina, ut nobis videbatur, descriptus in cod. 721, Claræ Lanzæ Vegiæ carmen, quo Ioannem Marium Philelphum adhortatur, ut versibus Isotæ Nogarolæ vitam persequatur, in codice 1130, Marii Philelphi Liber Isottæus una cum præfatione ad Ludovicum Nogarolam in codice 694, qui fortasse nunc in Bibliotheca Marciana cl. XII. n. CII. asservatur; eiusdem Italicum de Isotæ laudibus epigramma cum subscriptione «Verone VI. Non. Oct. 1468 Marius Philelphus manu propria» in codice 721 iam supra laudato extitit.

Tum Scipio Maffei in «Verona Illustrata» (Verona 1732. II III p. 95—97) in codice quodam suo præter alias epistolas Antonii Cassarii epistolam ad Isotam scriptam extitisse tradit, qui codex Veronensis noster liber 256 fuisse videtur, cum eo præter Isotæ epistolas etiam Nicolai Lusci Ecloga de laudibus Zeneveræ et Isotæ scripta et in hoc solo codice, ut videtur, servata contineatur, quam se habere testatur Maffei.

Codice in bibliotheca familiæ Bevilacquæ asservato et numero xxv. notato nonnullas Isotæ contineri epistolas supra docuimus. Qui codex ubinam gentium nunc asservetur, ignoramus. Sane inter notas ineunte hoc sæculo e Scipionis Maffei Verona Illustrata excerptas (penes Io. Bapt. Carolum Giuliari) de hoc codice annotatur «che ora si trova nella Biblioteca Capitolare», et ibidem alius vir doctus de codice Saibantiano 718, quem errore inductus in bibliotheca familiæ Bevilacquæ asservari credidit, hæc annotavit: «altro ms. che si trovava nella Libreria Bevilacqua nr. 718 e che si crede passato nella libreria Muselli o nella Capitolare».

Sed iam supra codicem qui hodie in Bibliotheca Capituli Veronensis asservatur quique unde in eam bibliothecam pervenerit ne Io. Bapt. Carolo Giuliari quidem notum est, probabiliter Scipionis Maffei olim fuisse vidimus. Ceterum addo ab Angelo Quirino in Diatriba Præliminari ad Francisci Barbari epistolas p. 369. 378. 379. epistolam

XIX. XXI. III. IV. V. VI. XII. II. e codice Io. Franc. Muselli citari.

Teste eodem Maffeio Isotæ oratio adventu Hermolai Barbari habita extabat in codice quodam Moscardo. De quo hæc Petrus Sgulmèro mihi scripsit: «Questi codici Moscardi sono andati quasi tutti dispersi, ma alcuni se devono trovare nelle private biblioteche di queste famiglie Miniscalchi e Polfranceschi. Ma finora le mie indagini riuscirono inutili.»

De bibliotheca Iulii Saibante, in qua nonnullas Isotæ epistolas extitisse vidimus, confer Io. Bapt. Carolum Giuliari «Delle emigrazioni letterarie italiane ovvero di alquanti Codici spariti non è molto da Verona. Ricerche bibliografiche. Genova. 1871.» «Sopra alquanti Codici della Libreria Saibante in Verona che esularono dall' Italia« (Archivio Veneto. Venezia 1874. Vol. VII). Tum Scipionis Maffei opus «Indice delli libri che si ritrovano nella raccolta del nob. signor Giulio Saibante, patricio Veronese» (Verona. 1734 p. 221. 16°), et «Catalogue des manuscrits provenants des collections

Saibante et Gianfilippi de Verone, dont la vente se fera le lundi 23 janvier 1843 et jours suivants...» (Parisiis 1842 p. 90. 8°).

Denique cum etiam in bibliotheca Gianfilippiana Isotæ epistolarum codicem extitisse testetur Io. Bapt. Carolus Giuliari, annotare placet: «Catalogue des livres et manuscrits provenants de la bibliothèque de M. P. de' Gianfilippi de Verone, dont la vente se fera le lundi 18 avril 1842 et jours suivants...» (Parisiis 1842. pp. 121 et 159). — E codice sæc. XV. quam maxime interpolato olim in tabulario familiæ Nogarolæ asservato nonnullæ epistolæ (II. XXIII^a^. XXVIII. VI. XVI. XVIII. XX. XXV) a G. B. Bianco evulgatæ sunt in libro qui «Per Nozze Nogarola — Di-Bagno MDCCCXLVI» inscribitur, et (ut breviter quæ de recentioribus Isotæ operum editionibus dici possunt absolvamus) simili occasione ante annos viginti quinque iterum in lucem prodiit Isotæ dialogus addita versione Italica: «Che abbia maggiormente peccato, Adamo od Eva, Dialogo d' Isotta Nogarola Pubblicato col suo volgarizzamento nelle nozze de'

nobili signori Marchesi Spinetta Malaspina e Marianna Fumanelli. Il Settembre M. DCCC. LI.» quam editionem a Cæsare Cavattoni curatam esse inter omnes constat, licet eius nomen in toto libro nusquam legatur atque etiam epistola dedicatoria Elisabethæ Venini Franco nomine, quæ sumptus tantum suppeditavit, scripta sit. Denique in Museo Iacobi Philippi Tomasini (conf. eius Elogia a. 1644 Patavii edita p. 342) inedita extabat «Epistola ad Cardinalem Iulianum scripta Veronæ IX. Cal. Aprilis M. CCCC. XXXIX. Binæ ad Damianum Vigo. Ternæ ad eundem sub cognomine Burgi. Quibus accedit Una ad Eusebium Burgo adolescentem», qui codex Ambrosiano libro similis esse videtur. Quo codice sine dubio usurus erat Tomasini in Angelæ et Isotæ Nogarolæ operum editione, quam in præfatione operibus Cassandræ Fidelis præmissa se evulgaturum esse pollicitus est.* Quæ etiam si im lucem emissa

* Confer «Clarissimæ Feminæ Cassandræ Fidelis Venetæ Epistolæ et Orationes posthumæ nunquam antehac editæ. Iac. Phil. Tomasinus e M. SS. recensuit, Præmissa

esset, tamen nostrum quem in hac editione adornanda posuimus laborem supervacaneum non reddituram fuisse crediderimus.

eius Vita, argumentis notisque illustravit . . . Patavii . . . MDCXXXVI», in præf. : «Cassandræ Fidelis Epistolas et Orationes posthumas tuo palato, Lector humanissime, expono. Iis, quod exigit sexus et seculum, si indulseris, Isotæ et Angelæ de Nogarolis simulque Lauræ Ceretæ non inferioris saporis meditationes a me expectabis».

ISOTÆ NOGAROLÆ

VERONENSIS

OPERA QUÆ SUPERSUNT OMNIA.

ISOTÆ NOGAROLÆ
CODEX EPISTOLARIS.

PARS I.

I.

(Vicentiæ? 1433—1436?)

Omnibonus Leonicensis generosis virginibus Isotæ et Zenevræ de Nogarolis sal. pl. d.

QUÆRENTI mihi, generosissimæ virgines, quidnam vobis potissimum scriberem, venit in mentem, quod spectatissimæ parenti vestræ iocundum, vobis idoneum, mihi propterea non incongruum esse videretur beatissimi viri Chrysostomi orationem de Græco in Latinum traducere, in qua vir ille divinus de vir-

* Cf. Francesco *Spagnolo*, Elogio di Ognibene Leoniceno (Vicentiæ 1868) p. 32: «Il Discorso del Grisostomo tradotto dal Leoniceno è intitolato *della Virtù e del Vizio*; esso si trova nella nostra Biblioteca Bertoliana nel cod. segn. I. 1. 6. 16. ed ha davanti una bella lettera dedicatoria.» Ex hoc codice Vicentino Omniboni epistolam dedicatoriam protulit Remigius *Sabbadini*, Lettere inedite di Ognibene da Lonigo con una breve biografia. Lonigo 1880, p. 40. 41.

tute et vitio ita copiose, ita et luculenter disserit, ut qui tanta opulentia tantoque splendore orationis abundet vere Chrysostomus dici meruerit, cuius ab ore ipso quoque auro clarior fluat oratio. Cum igitur sæpe mecum egerit optima genetrix vestra, ut vos nonnullo huiuscemodi munere donarem, id quicquid esset laboris fideliter magis quam confidenter suscepi. Neque enim scribendi elegantia fretus, quæ mihi nulla est, sed quod tantum ipsius apud me auctoritas valet, ut petenti sibi negare nihil possim, hoc quod erat æris alieni quoquo modo persolvere debui. Sed cum meminissem divinarum rerum præceptoribus quantopere delectetur, gratum fore munus putavi, si præstantissimi doctoris præcepta in medium proferrem, ea præcipue quæ virtutis et vitii discretionem mentis nostræ oculis subicere possent, quæ scilicet vestris . . . . propemodum conferre constarent. Neque enim sum nescius vos ad virtutem colendam natas esse, cum maiorum vestrorum et præcipue parentis vestræ vesti-

(9—12) suscepi, neque . . . possim. Hoc *codex; correxi.*
(20) *Lacuna in codice est.*

gia cognoscere atque adeo imitari cœperitis, ut tanta ingenia sub tanta duce quæ virtutis egregiæ opera editura sint facile perspiciam. Quæ cum ita sint, quid magis mihi conveniat quam ea ab illustri viro delegisse, quæ præstantissimam parentem vestram, cui omnia debeo, delectare possent, vobis autem generosis dicasse virginibus, quas una non communis gloria virtutis exornat?

Sed iam Chrysostomum ipsum, quanta orationis auctoritate præcipiat, quæso, audiatis. Valete.

II.

(Veronæ, anno 1434?)

Isota Nogarola Protonotario Barbaro S. P. D.

PETRONIUS Arbiter, vir sane doctissimus, mutos quosdam et elingues, sed aliorum censores, qui se e Minerva natos existimant, dum aut Ciceronis orationem unam aut nonnullos Virgilii versus audierint, optime ac vere derisisse visus est. Ait enim postquam aliquis versum pedibus instructum sensumque tenuiorem verborum ambitu intexuit, putavit se continuo in Heliconem

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)* et editio a. 1846 *(E)*.

(3) Isotta *EV*, Ysotha *G*. Nog. *omm. GM*. prothon. *GM*. *S. P. D. omm. CGM*. (5) elengues *C*. (6) set *V*. ex *C*. (7) existiment *C*. dum autem *C*. (9) audierunt (?) *G*. (10) aliquis horum v. *E*. versus *V*. (11) sensunque *C*. teneriorem *CGM*, teniorem *V*. (12) elic. *CGM*, helyc. *V*.

venisse. Vereor, ne hoc idem mihi obiciatur, pater reverendissime, quæ cum hæc humanitatis studia summotenus ore nondum attigi, in lucem venire audeam et scripta mea vel potius ineptias censoribus examinandas exponere non dubitem, et ad te potissimum scribere, qui eo sis dignitatis gradu modestia tua, humanitate, gravitate, summa eloquentia, pontificii iuris scientia merito constitutus. Sed apud nonnullos me sexus ipse meus excusabit eo maxime, cum mutam mulierem reperire difficillimum sit, ut ait comicus noster. Tua quoque præstantia apud alios testis erit me tuo hortatu et Antonii fratris Lavagnolique nostri impulsu invitatam hanc ad te provinciam scribendi sumpsisse. Renuissem profecto hoc onus, ac sane lubens, sed malui impudens iudicari quam præceptis tuis

(1) ne] nam *E*, enim *V*. obiiciatur *EV*. (2) Reverendissimo *E*. tum *E*. (3) sumotenus nundum *M*. attingi C. (4) audiam C. (5) examinanda *CM*. (8) summo *V*. (9) siencia *CM*. (10) aput *GM*. ipse *omm*. *EV*. (12) difficilimum *M*. (13) aput *GM*. (14) Anthonii *G*. (14. 15) fr. et Lavagnoli n. *E*. lauaglolique *G*. (15) impulsum *G*. mutatam *C*, invitata *M*. (15. 16) ad te hanc *G*. . (16) provintiam *CM*. sumsisse *G*. renuisem *C*, rennuissem *G*. (17) libens *GM*. set *GV*. (18) malui magis imp. *G*. imprudens *EV*.

ac illorum voluntati non morem gerere. Sed nolim, præstantissime pater, neque virtutibus tuis neque laudibus parem orationem expectes, in quibus sane efferendis cuiusvis doctissimi viri elegantia facultasque dicendi sordesceret. Verum id quoque superfluum videretur, et ut aiunt acta agerem; eo enim in gradu te virtus tua collocavit, ut iam quæ egeris quæve dixeris nequeant esse obscura. Nihil enim omisisti, unde vel ad augendam vel ad ornandam disciplinam ulla tibi spes esset. Innumeras profecto dotes tibi natura tribuit, imprimis dicendi suavitatem et singularem eloquentiam, quam arte et studio incredibili perauxisti. Et recte sane. Quid est eloquentia præstabilius, quæ in omni libero populo, in omni re publica bonis moribus instituta maximo in honore semper habita est? Pacis est enim comes otiique socia et bene constitu-

(2) noli *C*, nollem *EV*. (4) offerendis *C*. (5) dicendi *omm. EV*. (5. 6) sordescent *E*. (6. 7) Verum—agerem *omm. EV*. (7) enim] nam *E*. (9) quæve dix.] ut dixi *E*. (10) comis. *C*, obmis. *M*. unquam *EG(!)V*. agendam C et *M ante corr.* (11) ad *omm. CGM*. ulla t. sp. esset *omm. EV*. (12) innumerasque *EV*. doces *M*. (13) inpr. *GM*. (15) perhausisti *V*, hausisti *E*. sane quid est *E*. est *om. M*. (17) repubblica *E*. (19) otiique. Socia *EV*.

tæ civitatis quasi alumna quædam eloquentia. Hinc principum amores, hinc dignitates, hinc rerum publicarum status emanarunt. Taceam de divini et humani iuris scientia, cui tantum temporis concessisti, quantum ceteri ad res suas obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis tribuunt. Hoc a divini animi magnitudine nobilitateque procedit. Quis enim ignorat clarissimam Barbarorum familiam, quam incliti cives primores urbis Venetæ ornant et amplificant? Ab ea enim quantum ornamenti ac laudis accepisti, tantum profecto gloriæ et dignitatis ei reddidisti pro tua virtute gravitate, liberalitate, modestia, æquitate et reliquis virtutibus, quarum experimenta domi forisque cum summa omnium laude et benevolentia præstitisti. Quibus

(1) quia *E.* alumpna *CM.* (1. 2) quædam elegantiæ hinc principium honores *E.* (3) pubblic. *E.* r. pub. *om. V.* (4) siencia *C.* (5) concedisti *CGM.* (6) suas *omm. EV.* abeundas *CG.* (7) alios *M.* (8. 9) animique corp. *C.* (12) incliti] milites *C.* priores *C.* (13) enim] nam *E.* (14) ac] acri *C*, et *GM.* laude *C.* (16) libetate *C.* (17) eperimenta *C*, exempla *E.* (18) foris *EV.* (18. 19) summa cum omni laude *C*, c. s. laude omnium *EV.* (19) ac *GM.* benivol. *CM.*

artibus factum est, ut et deo carus et hominibus admirandus existas. Summus enim pontifex te ætate admodum iuvenili pro virtutum tuarum præmio sacro protonotariorum collegio annumeratum esse voluit. O insignem nostri temporis gloriam! O peculiare civitatis Venetiarum decus! O rara avis in terris nigroque simillima cygno! Verum ne tibi verbis meis, etsi laudes tuæ ampliorem poscerent orationem, nimium loquax videar, finem mihi scribendi imponam, ne id in me merito dici possit quod cuidam loquacissimo dicebat Aristoteles, qui cum in cœtum virorum accederet, fugiebant, ne verborum suorum tædio afficerentur. Huic hac de re apud Aristotelem conquerenti Aristoteles in-

(1) actum *C.* carus *(*et *om.)* hom. *V.* (3) iuvenili] vivendi *GM.* pro *om. E.* (4) prothonot. *CG.* (5) adnum. *E*, annumeratus *G*, anum. *M.* (7) Veniarum *C.* (8) similima *M.* cigno *CG.* ne tibi] neutri *C.* (9) etsi] et *C.* (9. 10) poscerem *C.* (10) narrationem *CGM.* (11) f. in scribendo m. imp. *E*, f. mihi in scribendi imp. *G.* michi *C.* in me] de me vel mihi *G*, de me *M.* (12) loquatissimo *C.* (13) Aristotiles quam (?) cum *C.* in cetu *CGM.* (14. 15) fug. omnes ne v. s. sarcina aff. *E.* (15) Hic *C.* hac] apud *M*, *om. G.* (16) aput *GM*, *omm. EV.* Aristotilem *C.* conquirenti *EGV.* Aristotiles imquit *C.*

quit: Miror equidem, quod hi qui pedes habent te expectent. Habes enim epistolam verbosam tamquam testem mei in te amoris, quæ si tibi non iniocunda fuerit, est ut gaudeam me hanc scribendi curam non inanem sumpsisse. Vale.

(1) equidem] æque *E.* hii *CGM.* (3) in te *omm.* *GM.* (4) iniuc. *EV.* ut] quod *E.* (6) sumsisse *G.*

III.

(Patavii, Calendis Februariis a. 1436.)

Georgius Bivilaqua generosis ac doctissimis virginibus dominæ Zinevræ et Isotæ Nogarolis S. P. D.

SI BENE valetis, Georgius ego vero valeo. Memini dum vos visendi gratia cum Lavagnolo meo venissem et vos inter studia et lacteos Ciceronis libellos tamquam Caliopæ consocias reperissem, vobis me pollicitum litteras frequentaturum. Qua in re ut fidus vobis et veridicus appaream, volui tandem lega-

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)*.

Titulus in G: Ieorius Ysothe S. p. d.; *in M:* Georius Isote S. P. D. (4) dominæ *om. V.* Zinebre *C*, Ginebræ *GM.* Isottæ *GMV.* de Nogar. *C.* (6) ieorius *G*, Gorgius *V.* vero] bene *C*, vere *G.* (7) vos *om. C.* (8) Lanaguola *GM.* (9. 10) Cicerone *M*, Cutronis *V.* (10) galiope *C*, caliope *MV.* cum socias *GMV.* (12) frequentatissimum *GM.* vobis *omm. GM.*

libus sarcinulis meis compositis pollicitis respondere. Ac hoc me invitat humanissimi et splendidissimi equestris ordinis viri fratris vestri discessus, in quo si desidiosus forte viderer, me non tam verbis quam nervis quibusvis mulctandum esse non diffiterer. Sed ego id voluptuosissime facio et hoc litterarum genere vehementissime delector inprimis præsertim in vobis, quas admiror tantopere ac tam mirificis laudibus prædico, ut me ipsum — silebo reliquos — non odisse non possum. Credideram me inter viros doctissimos oratoria satis perlucere et multotiens aliorum sermone sum delectatus, qui tam luculentam vim dicendi mihi subaudiebant, ut apud quos ea vox evolaret, hi maxima laudationis meæ præconia sustine-

(1) sarcinolis *CGM*. pollicis *C*, *omm. GM*. (5) videar *GM*. (6) mulcandum *C*, mutandum *V*. non] mihi *M*. defitear *G*, difitear *M*, defiterer *V*. (7) id *om. G*. ego id] tam verbis ego *M* (*m*. 2. *suprascripsit:* vacat). (10) tanto opere et tam *C*. tamen *M*. predito *C*. (11) scilebo *C*, scribebo *V*. (13) relucere *C*, pollucere *M*, polluere *V*, pollere? (14) sim *C*. (15) mihi] m *M*, *om. G*. (15. 16) subaudiabantur *G*, subaudiebantur *MV*. (16) aput *G*. vox] vos *C*. hii *CG*. (17) max.] summa *V*. substin. *GM*.

rent. Sed hei mihi, quam ego stolidus fueram! Nondum mulierum ingenia cognoveram, nondum vos doctissimas virgines, nondum vos Virgilii et reliquarum Musarum alumnas perspexeram. Quotidie colles illos quos amœnissime peragrabamus benedico, quotidie collaudo retia illa, penes quæ simul ego vobiscum sedens non tam aviculas quam amicitiam vestram vosque in omnium aliarum mulierum contemptum ornatu disertissimo splendescere sum aucupatus, et me non pollere facultate dicendi, sed ne vobis quidem eximiis virginibus tamquam hostimentum offerri posse. Vobis nunc scribo, sed pudet certe litterarum, nam, ut video, inter easdem ego sordesco. Non desinam tamen; sub vestra studiorum umbra claruero fortassis et ceteri vestro testimonio, vestra auctoritate disertum appellabunt. Verum hoc pacisci vobiscum velim, ne litteras meas

(1) heu *CG*, hey *M*. (2) Nundum *C*. cogitaveram *M*. nundum *C*. (2. 3) nondum vos *om*. *C*. (5) alumpnas *C*. prosp. *CM*. quottidie *GV*, cottidie *M*. coles *V*. (7) quottidie *GV*, cottidie *M*. rethia *G*, retia illa &c. *M*, *in quo sicut etiam in G rell. desunt*. (9) omni *C*. (15) litt.] harum *V*. (17) tam *V*.

ipsæ deludatis. Venient ad vos tamquam puellæ subrusticæ nullo ornatu, nulla venustate comptæ sua, squalore potius et pulvere obductæ, tamquam dumis asperæ et sole apricanti exustæ admodum. Si vobis alludent inepte, si facetiis suis, si salibus indecoris, sermone subrigido vobis arridebunt, eas vestra comitate urbanitateque vestra suscipite ac solita vestra humanitate complexamini. Tum intelligetis, quam sub illis fervescens pietas delitescat, quam suavis, quam iocunda nostræ amicitiæ vicissitudo sublateat. Exite, modo vos hastas, torques et reliquorum telorum genus, hoc est disertissimas epistolas vestras in medium educite; ego vero me præparo, ut scribendi certamen ineamus. Virtutes vestras experiri percupio. Si vos in certamine promptiores perspexero, aut magno animo superare aut saltem æquare vehementissime contendam; si vero socordiores videro, gaudebo et vos mihi cessisse

(3) sua *om.* *V.* (5) appric. C. alludunt C. (6) ineptes *V.* fac. sui *V.* (7) eus C. (10) frenescens C. (11) dilatescat C, dilitescat *V.* (12) vicissitudini C. (13) astas C. (14) tellorum *V.* (19) saltim C. (21) gaudes *V.* mihi cessisse] incessisse V.

haud mediocri gloria congratulabor maioraque trophea quam Herculem et Theseum de superatis Amazonibus reportasse mihi persuadebo. Reliquum est, dum a vobis discedebam, sum recordatus generosissimam vestram matrem, mulierem humanissimam, a me tum petiisse, si quid studiis vestris fructiferum haberem, vos ego participes redderem. Id forte venit in mentem, Lactantium mittere, quo nihil vobis dici posset accommodatius. Ipsum dominus Antonius affert. Videbitis, quam in eo sit elegans dicendi facundia quamque uniuscuiusque Christianissimus animus religiosa fidei nostræ disciplina dilucide possit informari, informatus augeri, auctus vero in Christo nostro virtutum omnium vexillum amplecti. Illo quoad vobis libuerit pro arbitratu vestro utamini; res meas omnes communes deinceps vobis dedicavi. Curate vos, quæso, et cum domino Lavagnolo, ut Decades meæ in manum ve-

(1) aut *codd.* medicri *V.* (6) ab *C.* (8) particeps *C.* (9) in] mi *C.* (10. 11) accomodatius *codd.* (11) Anthonius *V.* (14. 15) discipline *V.* (17) implecti *C.* (19) comunes *C*, *om.* *V.* (21) Lavagnola *V.* me *V.*

stram revertantur. Istum oscitantem admodum exsuscitate; dum is vigilat, ex negligentia desidiosissime stertit. Si dicere ausus fuerim, in isto negligentiam librorum præsertim hospitatam esse crediderim. Si oratio blanda non valet, facite in pugnis periculum; in quo non verba viguerint, verberum stimulis fortassis excitabitur, canes imitatus, qui non hominum clamore commoti, si virgam aspexerint, præsto sunt passusque congeminant. — Valete vos ambæ virginum decus eximium. Generosissimæ mulieri matri vestræ me commendatote. Taceo Lavagnolum meum; ut enim is in solito se taciturnitatis sepulchro recondidit, ita in eo est dignissime occludendus; debet hic quotidiana mensa cancros edere, ideo somniculosus viva vix compescitur aura. Ex Patavio, Kal. Februarii 1436.

(1) revortantur *V.* (2) excuscitare *V.* hiis *C.* (4) neglegencia *V.* (6) impugnis *C.* (8) imittatus *C.* (9) sed v. *C.* (11) ambæ *om.* *V.* (13) comendate *V.* (15) sepulcro *C.* recund. *V.* (16) reclud. *V.* quottid. *V.* (17) somniculosos *C.* (18) v. vis *C.* conpiscitur *C*, capescitur *V.*

IV.

(Patavii, die III. mensis Aprilis. a. 1436.)

Georgius Bivilaqua doctissimis virginibus Zinevræ et Isotæ de Nogarolis S. P. D.

TOTUS litteris vestris arrisi et earum adventui sum congratulatus, ex quibus tantam me iocunditatem cepisse fateor, ut molestiarum mearum solatium non mediocre ipsas fuisse cognoverim. Sic enim fieri solet, ut quos quandoque unice diligamus vel illorum aspectu vel litteris sæpius adeo recreemur, ut in his maximam cogitationum nostrarum sarci-

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)*.

Titulus in G: Jeorius Ysothe; *in M:* Georius Isote &c. (3) Vivilaqua *V.* Zinebre *C.* (4) Isottæ *V.* de *om. V.* (5) arisi *C.* (6) sim *C.* (8. 9) solamen *G.* (9) cogitaverim *V.* (11) aspectum *C.* (12) in *om. V.* hiis *CG.* (13) maxima *C.* cogitacionem nostrorum *V.*

nam deponere videamur. Postea quam Patavium adveni, tot me undique curæ sollicitarunt, undique tot molestiæ latera confoderunt, ut multotiens illam diem fuerim detestatus, qua istinc discessurus equum ascenderim. Ceterum vereor, ne me putetis blanditiis magis et commentatione falsa quam vero animi iudicio in laudationibus vestris eniti. Plura dicerem; sed ut pugiles quamvis exercitati, si pugnos et plagas Olimpiorum cupidi ferre constantissime possunt, solem tamen sæpe tolerare non valent, sic ego, cum omnibus in rebus a doctissimis et disertissimis viris sæpissime lacessitus magno animo, summa commendatione responderim, litterarum vestrarum splendorem insuetum nunc me quasi solem non tulisse haud

(1. 2) Postquam Patavum *CM*, post patavum *G*. (2) curæ undique *C*. solic. *CMV*. (4) illum *codd.* (5) illinc *V*. decess. *C*. æquum *V*. (6) Cætereum *V*. (7) magis *omm. GM*. commemoratione *C*, comitacione *G*, conitacione *ex* comitacione *M*. falsa *om. G*. (8) laudacione (*om.* vestris) *G*. (9) eniti] enim *C*. pugilles *C*. (10) excitati *CV*. pugnas *G*. (11) ferri *G*. (12) tollerare *codd.* sic *omm. GM*. (13. 14) a doct. viris et diligentissimis sepius *GM*. (15) responderem *G*, responderis *M*. (16) insuetum spl. *G*.

abnegabo. Nam quotiens epistolas vestras et luculentum dicendi genus copiosum quavis eleganti facundia, sincerum, perurbanum, pudicum inprimis contemplor, totiens mei ipsius stomachari compellor et præteritorum temporum multotiens recordatus ignaviam meam deplorare soleo, et ea ingenii tarditate vixisse piget tædetque vigiliarum mearum adeo, ut qui me oratione diserta satis florere putaveram, nunc ore oppresso melioribus studiis cervices præbendas esse conspiciam. Verum illud est quo ego vehementissime lætor, ea tempestate in vitam me tamquam in viam ingressum priusquam confectum iter sit in hanc temporum claritatem incidisse, quibus doctissimarum mulierum et ipsarum Musarum memoriam in vobis renovari concernam. Tanta inest litteris vestris dicendi venustas, tam gravis ornatus, tam elegans, tam prudens, in quo vos singulari

(1) obn. *M.* (2. 3) quamvis *CM.* (5) stomacari *C.* (9) qui mea or. deserta *G.* (11) premendas *codd.* (12) est illud *CM,* est id *G.* (13) in vitam *om. V.* (14) in via *CGM.* me ingress. *G.* (15) intersit *CV.* (15. 16) claritate *V.* (20) singuli *C.*

honestate fulgetis, ut ex omnibus Latinis virginibus principes ambæ tamquam vobis peculiari et legitima præstetis eloquentia. In hoc Biancha mater, mulier generosissima, dignis laudibus effertur in cælum, illa dignis præconiis collustratur ab omnibus, in qua effigiem Corneliæ intueri ac venerari fas est. Ea tantæ præstantiæ fuisse fertur, ut post viri sui obitum Ptolomæi regis nuptias respuerit. Cum ille et diadematis communicationem offerret, in viduitate perseverans Tiberium et Gaium filios superstites sic splendide educavit, ut cum magnitudine indolis ceteros Romanos sine controversia anteirent, doctrina prævaluisse visi sint; eius enim diligentia a pueris edocti et Græcis litteris eruditi fuerunt, quibus exquisitissimos ex Græcia magistros advocavit. Sic vestra vobis disertissimos præceptores elegit, quorum disciplina in honestissimorum morum

(2) tamqu. *om. M.* vos *GM.* (3) peculiare *V.* legittima *G.* (7) effiem *V.* (8) Ea] et *GM.* fuisse *om. C.* (9) Pthol. *GV.* (10) dyad. *G.* comunic. *V.* (11) In diutate *C.* (12) Caium *CV.* (13) magnitudinem *V.* (15) annitent *V.* sunt *codd.* (16) edoctis *V.* (18. 19) Si vobis vestra *C.*

venustate vos tantopere auxit industria, ut nemo sit qui eximias virtutes vestras audierit, ne vos summopere commendet et prædicet et hanc studiorum novitatem in vobis observantissime laudare contendat. Ego vero virtuti vestræ faveo, illa delector inprimis et vos tamquam virgines sacras ex Pallade genitas veneratione quadam admiror. Si umquam bonis artibus quibus me ornatiorem redderem elaborarem, nunc percuperem libens tanta exercitatione dicendi, eloquentia tanta linguam locupletasse, ut æquales virtutibus vestris laudes proferre possem. Collocatis me in amplissimo laudationis gradu, quæ epistolas meas virtutum vestrarum præmium esse arbitramini. Nimis ego magnificentissimis decretis vestris sum cohonestatus, nimis vestro singulari studio atque consensu immortale honoris iudicium videor adeptus. Non diffitebor, ea gloria, vestra de me opi-

(1) venestate *V.* ausit *V.* (4) nobis C. (4. 5) observat. *V.* (5) vero] autem C. (6) dil. C. et] sed C. (7) Pallada C. (8. 9) unqu. *V.* (10) elaboram *G.* lubens *V.* (11) exortatione C, exhortatione *GM.* (11. 12) dic. tanta el. tanta lingua C. (13) vostris *V.* (15) prohemium C. (16—18) ego magn.—coh. nimis *om.* *G.* (18) n. vero s. C. (20) diffitebar *GM*, diffiteor *V.* de mea *GM.*

nione, sustentor, et labores meos, si quos umquam aliquando consumpsi, vigilias, frigora, æstus, inediam et reliquos angores, ut litterarum studiis enixius incumberem, tamquam nunc mihi gratissimos sustulisse voluptuosissime gaudeo. In his hoc tempore ego triumpho, ex quibus tantum fructum excerpsi, ut sententiis vestris gloriosum diserti nomen adeptus inter celeberrimos viros me palmam insignem consecutum mihi persuadeam. Vos igitur ambæ, quoniam ex sexu vestro tamquam nitidissimum lumen pollucetis et eloquentiæ orbæ quasi tutrices renatæ estis, studia hæc humanitatis, ut facitis, magno animo amplexamini et ea domi septa liberali custodia servetis, ut adultam et vobis consimilem virginem tueamini; armatorum impetus, hoc est fucosas illecebras et cete-

(2) unqu. *V.* aliquando *omm. GM.* consumsi *G.* (3) mediam *C,* medias *M.* ac *V.* (5) tamquam] quam *G,* quod *M.* gratiss. *om.* C. subst. *GM.* (6. 7) in hiis ego hoc (*om.* temp.) *G.* (9) nomine *M.* adeptos *C.* (12) inditiss. *C,* niditissimi *GM.* prelucetis *C,* pollucet *V.* (13) orbe *codd.* tamquam *M.* trutices *C.* (15) exemplamini *C,* amplexari *GM.* (16) servietis *G.* (17) tueamini] tui animi *G, om. C.* (18) ineptus *CGM.* est *om. G.* fucastis *G,* fuscosas *M.*

ras inanes voluptates a vobis tamquam ab æde sacra prohibete. Sic non modo laudationes vestræ gloriose decantabuntur ab omnibus, sed quod in viris laudabile solet appellari in vobis commendatissimis, virginibus admirabile et contemplabuntur et prædicabunt. Valete, solæ virginum pudicissimum decus. Ex Patavio, III. Nonas Apriles 1436. Domino Antonio fratri vestro me commendatote.

(1) inannes *C.* (2) prohibite *C*, prohibere *G.* (4) quid *V.* (5) comend. *V.* (7) vale sale virg. *G.* (8—10) III.—commend. *omm. GM.* (8) III. *om. C.* nonis Aprilis *C.* (9) commendate *V.*

V.

(Bononiæ, die XXII. mensis Iunii a. 1437 [1436?])

Idem ad easdem.

EXCEDERATIS mihi mente pæne, honestissimæ virgines, et propter studiorum meorum frequentiam, cum quibus est aliquanto solidius agendum, animum simul et cogitationes meas ego diverteram, totus civili scientiæ invigilabam, cum nemine loquebar, cum quo leges non ora personarent. Aiunt enim, ubi dens moleste languescit, lingua sæpe permulcet. Ego vero, qui studiis totus ardesco,

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)*.

Titulus deest in M; in G hic legitur titulus: Ysothe &c. et sorori eius &c. Epistola stilo perpolita gravitateque. (6) frequentia C. (7) aliquando *V.* (9) ego *om.* C. solus *codd.* civilis C. sapientiæ *CV.* (10) minime C. (11) oro *M.* (12) deus *G.* languesit C.

non modo his delectari eademque sugere præoptabam, sed illa undique ingeniis excolebam. Hoc enim litteræ habent in se, ut nullo loco nec quibusvis se excludant, aliquando amatoribus suis perblandiantur, et quantum inde unusquisque haurire nitatur, tantum illum exornent vera laudatione eundem et totum illustrent atque eos solos despiciant, qui adeo ingenium produxerunt inerte, ut mellis dulcedinem horrescant, quorum lingua ad huiusmodi gustum palato ita degenerat, ut non modo ignorantiæ morbo mel illud amarum videatur, sed tali sapore tamquam sputatilico ora contorqueant. Verum factum est his proximis diebus, ut vos menti meæ summa vestra cum gloria revocarem. Iveram forte in forum publicum, quod ante basilicam summi

(1) hiis *CG*. eadem quæ *V*. fugere *GV*. (2) perop t. *G*. (2. 3) excurrebam *codd*. (3) in se habent *V*. (4. 5) aliquam (?) *C*, a *V*. (5) perband. *C*. (9) dispic. *V*. produxerint *C*. (10) in arte *C*. et m. *C*, ut molles *G*. horesc. *C*. (11) gestum *C et M ante corr.*, digestum *G*. (12) palato *C*. (13) videbatur *G*. (14) putatillico *M*, sputalicio? (14. 15) torqueant *G*. (15) hiis *CG*. (17) revocare *C*. Iueram *V*. (17. 18) in locum p. *GM*. (18) quod *om*. *G*.

pontificis magnificum admodum situm est. Illuc homines cuiusque generis confluunt, hic conveniunt non tam negotiatores quam scolares, doctores, viri ex equestri ordine et qui domini nostri regiam obsequuntur. Video quorumdam ordinis mei honestissimorum scolarium conventum; horum me coronæ immisceo et eorum sermones audire percupio. Recensebat unusquisque pro arbitrio viros eloquentissimos quibus hoc potissimum tempore florescit Italia. Iam fuerat tempus in longam pertractum orationem; tandem unus ex regione Calabriæ, quæ quondam Magna Græcia fuit appellata, prorupit in verba: Quid viros commemoratis? inquiens; legi duarum virginum Veronensium epistolas quasdam viro patricio Francisco Barbaro exaratas, quibus adeo disertissime pollent, ut nedum in his eloquen-

(1) pont. permagn. *G.* m. adeo s. *M.* (2) h. eaque g. *C.* (3) non *om. V.* tamen *M*, tamquam *V.* (5) subsequ. *V.* (8) commisceo *V.* (9) recenscebat *V.* (11) ytalia *M.* (12) pertractratus *C*, pertractus *M.* (14) condam *C.* est app. *V.* (15) in *om. G.* commemoras *GM.* (16) imquiens *C.* Veron. *om. V.* (17) patritio *C.* (18) qu. de eo adeo d. *C.* dissert. *M.* (19) hiis *CG.*

tissimorum hominum effigiem contemplari fas sit, sed illas in Corneliæ matris gremio pariter ac sermone educatas appareat. Tum ego dicta huius admirans frontem inspicere cœpi, tamquam meæ partes essent ipsius sententiam adnotare. Petit a me, num vera commemoret. Ego, qui vellem, si id fieri potis esset, vos undique laudationibus meritis efferre ac dignissima gratia vigilias ac labores vestros ornare, non modo illud asseveravi, sed morum vestrorum gravitatem, ab ineunte ætate continentiam, integritatem vitæ, divinam quandam indolem, industriam admirabilem, . . . perliberalem, ingeniaque vestra, verborum et sententiarum lumina referebam, quibus tamquam insignibus vestra omnis distinguatur oratio. Tum vos unusquisque plurimum commendabat, ut quæ non muliebri lacte, dum vos inter crepundia

(1) eloqu. studiis eff. hom. *C.* (2) fas est *GM.* set *V.* (5) t. me p. *C.* (6) advocare *G*, annotate *V.* me non v. *CV.* (7) commemorat *G.* (8) undique *om. G.* laudacione *G.* meritis *om. V.* (9) effere *C.* (11) set *V.* (14) *In codd. nulla sunt lacunæ signa.* perliberabilem V. (15. 16) verborum—vestra *om.* C. (18) comend. *M.* (18. 19) utque non *C.* (19) dua v. *V.*

mater alligaret, sed latice Castalio quondam fueritis enutritæ. Ego vero animo renidebam totus et eo loco gloria vestra mihi congratulabar, tamquam etiam ex ea civitate defluxerim. Subinde mœstitia et dolor quidam effecit, quo ego sum nostrorum virorum misertus, ut eos infelicius deplorarem. Repetebam namque ipse mecum, quantum aliis in civitatibus viri non armis modo et rerum publicarum gubernatione, sed bonis artibus et optimis floreant institutis. Apud nostros vero supererat sola illa et doctrinæ et eloquentiæ gloria, quam Guarinus Veronensis noster, oratoriæ princeps, disseminaverat aliquando. Sed nunc ipsam per vos ambas a nobis auferri et ad vestrum mulierum ordinem transferri video, ut id præcipue laudis, quam virorum ingenia sibi vendicaverant, iam summo dedecore apud Veronenses no-

(1) lactice *CGM*. condam *C*. (2) animo] an̄ *M*. residebam *codd.* (3) et ego l. *M*. (6) affecit *C*, afficit *G*. (7) infoel. *V*, infelices? (8) quam al. *CG*. (9) in *omm.* *MV*. modo] non *GM*. (10) set *V*. (11) aput *GM*. (12) superat *G*. (14) or. sciencie pr. *GM*. (15) aliquanto *CM*. (16) vobis *CG*. aufferri *G*. nostrum *CM*. (17) ut eius præcipuæ? (18) vendicarant *C*, vendicaverat *G*. (19) aput *GM*.

stros nihil relinquatur, quum vos vera et incredibili virtute superantes palmam confessione omnium abstuleritis. Ferunt Cornificiam Romanam mulierem Cæsare Augusto imperante tanto bonarum artium dogmate fulsisse, ut esset Cornificio fratri ea tempestate poetæ insigni æque illustris in gloria; sacris etiam Musis impellentibus heroicum carmen doctissime sæpe descripsit et reiecto colo plurima et insignia epigramata composuit, quæ beati Hieronimi temporibus decantabantur a plurimis. Admirantur etiam omnes Probam mulierem Romanam et religione Christianam, coniugem Adelphi, liberalibus artibus admodum eruditam. Virgilianum carmen fuerat adeo perdocta et illius familiaris effecta, ut illud totum habuisse memoria visa sit. Ea namque versus integros quandoque discurrebat, eorundem quandoque particulas

(1) quoniam *CGM.* (2. 3) confessionem *C*, confon̄ *M.* (3) obstul. *V.* ferrant *M.* (5) tantum *C.* (6) fulcisse *C.* (7) equæ *V.* illustrior *V in marg.* in *omm. GM.* (8) heronicum *CG.* (9) nomen *V.* (10) collo *V.* (11) ieron. *CGM.* (12) pluribus *CGM.* (13) Rom. *om.* *C.* religionem *C.* (14) Edelfi *C.* (16) fuerit *V.* (18) Eo *GM.* (19) discurebat *C.* particularitas *C.*

redigebat et servata carminis dignitate omnem testamenti veteris historiam et novi seriem dilucide descripsit. In quibus duabus non facile dixerim, quas plus studii, plus rationis, plus etiam orationis sinceræ et ad dicendum et ad bonarum artium disciplinas adhibuisse constiterit. Nam et iisdem exercitationibus ineunte ætate fuistis et ex studiorum lectione tantum hausistis, ut hoc iudicium magno animo ausim confirmare, quod vobis pares cum his et dicendorum et doctrinæ gradus artium studiorumque tam sit finitima vicinitas, ut laudem singularem fueritis assecutæ, et ab obtrectatione invicta quæ solet lacerare plerosque sexus favore fugieritis, ut gratiam vestram non exulcerare modo, sed omnium vobis conciliare videamini. Eo vos semper ad cupiditatem

(1) dign. *om. V.* (2) hyst. *C.* (4) studiis *C.* (5) plus et or. *V.* sincere *codd.* (7) audivisse *C.* consisterit *V.* hiisdem *CGM.* (7. 8) excitat. *G.* (8) et *om. C.* (8. 9) studiosa? (9) tam *V.* auxistis *CGM.* ut ut hoc *C.* (10) iudicio *GV.* iud. meum m. *C.* (11) hiis *CG.* (13) fit (?) *M.* finitura *C.* singilularem *V.* (14) ab *omm. GM.* invictaque *GV.* (17) set *V.* consiliare *C,* conciliari *GM.* (18) videmini *codd.* Et *CG.* semper vos *C.*

recti concitastis, quo natura vobis fundamenta dedit semenque virtutum, ut ad eas et natæ et auctæ videremini, quæ res vobis facilior exstitit, quo naturæ vestræ igniculos excitastis. Præterea tanto sunt hæc studia benigniora tantumque propositum uniuscuiusque docendi pollicentur, ut non solum qui illis incumbant, sed etiam qui eorundem consuetudine delectentur mirum in modum adiuvent et augeant. Quemadmodum enim qui venit in solem, modo in eo aliquantisper commoretur, cutis nigro colore sufflatur, qui in taberna unguentaria resederint et diutius aliquanto fuerint commorati, odorem loci secum ferunt abeuntes, ita et qui cum libris versaverint (adeo sunt studia ad proficiendum procliva) ut secum traxerint aliquid necesse sit, quod etiam negligentibus prosit. Sed nolo nunc vos aliqua exhorta-

(1) eque *G.* excit. *GV.* (3) nacte et *G.* (4) extitit ***MV.*** naturæ] nate *M.* (6) prepos. *V.* (7) polic. *C.* (8) quæ *C.* set et qui eorumdem *V.* eorum *G.* (11) in solemni *C.* aliqu. in eo *V.* (12) comor. *M.* (13) in] mi *C.* (14) aliquando *V.* comor. *M.* (15) cum *om.* *G.* (16) versaverunt *C*, conversaverint *G.* (16. 17) proficiscendum *CGM.* (18) neccesse *V.* (19) exort. *C.*

tione excitare. His opus est qui alios velit aliquo pacto exhortari dictis undequaque facta respondeant, et cum in propria velocitate sordescam, vos sponte currentes viribus meis adiuvare non possem. Nondum gressus meos ex carcere virtutum exsuscitavi, adhuc in limo desidiæ languesco. Vos satis moveat id quod solet esse dulcissimum virtuosorum hominum pabulum, laus scilicet et gloria, quæ cum a magnanimis viris tantopere sit expetenda, est a vobis magno animo complectenda. Ea est res quædam solida et expressa, et illius popularis, quæ plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix simulatione honestatis omnem eius pulchritudinem corrumpit, inimica. Ea consentiens, inquit Cicero, laus bonorum incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute, ea virtuti

(1) hiis *CG*. (2) exort. *C*. undequam *C*, undiquaque *M*. (4) stord. *V*. (5) vos adiuv. *G*. (6) exsuscitari *C*, exuscitavi *GM*. (7) linio *C*. (8) esse *om*. *M*. (9) pabulum *et* scilicet *om*. *C*. (10) tanto opere *C*, magnopere *GM*. (11) expectanda *C*. (11. 12) contemplanda *C*. (12) quædam res *GM*. solita *CV*. (13) popularisque pl. *C*. (14) pecorum *G*. vic. *GM*, virorumque *V*. (15) pulcrit. *CGM*. (16) imquit *C*. (17) bonarum *V*. (18) excellenti *G*.

resonat tamquam imago, quæ quia recte factorum comes est, non est a bonis viris repudianda. Ideo Scipio maior Ennii poetæ effigiem in monumentis Corneliæ gentis collocari voluit, quod ingenio eius opera sua illustrata iudicaret, non ignarus, quamdiu Romanum floreret imperium et Affrica esset pedibus Italiæ subiecta totiusque terrarum summum columen arx Capitolia possideret, eorum memoriam extingui non posse. Claudia virgo Romana eo potissimum gloriæ dulcedine tangebatur, quam suis sibi laboribus laudabiliter comparasset. Lacedæmonii quoque ab his adolescentibus, quos neque laudibus efferri neque ignominia affici cognovissent, nihil magna laude dignum expectandum esse censuerunt.

Verum illud est quod mihi relinquitur.

(1) ymago *CGM.* quia] que *G.* (2) fatorum *V.* ab omnibus viris *G.* (3) Scipii *G.* Emnii *C.* (5) voluit *om. G.* (5. 6) ing. suo op. eius ill. *C.* (6) iudicata illustraret *V.* (8) podibus *M.* ytalie *GM.* (9) culmen *GM.* ars *CGM.* (9. 10) possederet *G.* (11. 12) dulc. glor. *GM.* (12) dulcedinem tangebant *C.* (13) Lasced. *C.* (14) hiis *CG.* (16. 17) expectendum *C*, expetendum *GM*, expetandum *V.* (18) Verum id est *M.*

Libellus quidam, in quo devotissimus beati Hieronimi transitus explicatur, a quodam monacho religiosissimo mihi donatus superioribus diebus fuit. Et quoniam studia humanitatis cum sacris litteris quandoque miscere suave satis condimentum pollucet, illum vobis mittere decrevi, et quem a tam religiosissimo viro accepi inter manus meas prophanas certe versari absurdissimum existimans eo vos, quæ estis et puritate et modestia repletæ, a me nunc donatas iri censui. In quo percuperem nimis id mihi usu eveniret, quod viro cuidam egeno, qui cum malum pulcherrimæ magnitudinis Artaxersi donaret, is benignissime accipiens: Per deum, inquit, hic mihi videtur etiam civitatem parvam magnam opera et diligentia sua facere posse. Valete. Ex Bononia, XI. Kal. Sextiles.

(1) divotiss. *C*, devottiss. *V*. (2) Ieron. *CG*. (3) monaco *CM*. (7) quam *C*, quoniam *V*. tam a *G*, a tali *M*. (8) meas *omm*. *GM*. (9) obsurd. *C*. (10) qui *C*. pur. ac mod. *V*. (11) ab me *CM*. donatus *G*. ire *C*. censuit *GM*. (14) pulcherime *C*, pulcerr. *GM*. Artaxarsi *C*, Arthaxersi *GV*. (15) hiis *C*. (16) inquam *C*. hic] id *CGM*. et *CG*. (17) magna *G*. (18) ex Bon. *om*. *G*. (18. 19) XI. Kal. Sext. *omm*. *CG*. (19) Sextilis *M*. Responsiva deficit *add*. *G*.

VI.

(Veronæ, mense Iulio a. 1437 [1436?]).

Isota Nogarola excellenti viro Georgio Bivilaquæ S. P. D.

Si vales gaudeo, ego quoque salva sum. Gratissimæ mihi fuerunt litteræ tuæ, ex quibus præteriti temporis excusationem tuam, cur ad me excellentissimas epistolas tuas non dederis, profecto animadverti. Ex hoc gratius, quod te ad nos litteras dare non aspernandi gratia sed propter continuum et assiduum studium tuum intermi-

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)* et editio a. 1846 *(E)*.

Titulus in G: Ysotha &c. excellenti viro Ierio &c. S. p. d. Responsiva; *in M:* Isota Nogarola excellenti viro georio &c. S. P. D. (3) v. domino G. C. (3. 4) Bevilaqua C, Bevilaquæ *E.* (6) mi C. fuere C*GM*. (9) epist. *om.* C. (10) Ex] et *E.* (10. 11) quod ad me l. non dare non asp. *G*, quod ad me *(suprascript.* al' te) litt. *M.* (11) set *V.* (12) interemisse C.

sisse intelligo. Quod cum ita sit, nos maximis molestiis et doloribus liberasti, cum in epistola tua nullam apud me, quantum me amares, dubitationem reliquisti. Nam profecto eas laudes, quas de nobis scriptura prosecutus es, sine amore haud vere scribere non potuisses. Etsi tibi verbis non potero, amore certe tacito respondebo; etenim tua ad nos ingens in dies fama me tanto tui desiderio afficit, quod unam solam inter dolorem hunc consolationem assequor, ut nostrum utriusque desiderium crebris et longis epistolis leniatur. Reliquum est, ut librum istum tuum de beati Hieronimi transitu, quem nobis misisti, qui etiam non mediocrem amoris declarationem habet, mirum in modum nobis

(1) nos] non C, te *E.* (3) aput *GM.* amores *V.* (4) relinquisti *V.* (5) quam C. persequutus C, prosequutus *E,* persecutus *G.* (6) am. haud (aut C, haut *M)* sint vere (vere sint *CGM) CGMV.* (7) v. digne non *E.* potuero *G.* certe *omm. EV.* (8) tacite *EV.* etnim *E.* (8. 9) ad nos michi dies ingens fama *M,* in *(m.* 2. *suprascr.* ad) nos in dies ingens fama *G.* (9) t. tui des. *E.* (10) quod] ut *E.* solam] hanc *E.* hanc *M, om. E.* (11) assequar *E.* (12) lemantur C. (13—16) tuum de—in modum *om. G.* (14) beati *om. M.* ieron. C, hyeronimi *EV.* (15) etiam] et *E.* mediocris *M.* (15. 16) delectationem *EV.*

gratum fuisse te certiorem reddam, qui et libentissime lectus est a me et legitur et diligentissime custodietur. Quamobrem tuam pro verbis Ciceronis perfectionem amore prosequar, reditum sæpe exspectem, absentem memoria colam, omne desiderium litteris mittendis accipiendis leniam. Vale.

(1) et] etiam *V.* (3) dillig. *V.* custoditur *M.* (4) pro] in *E.* pro verbiis *M*, pro verbis puto proverbiis *G.* profecionem *V.* (5) spe *EV.* abscentem C.

VII.

(Veronæ, mense Iulio a. 1437 [1436?])

Isota Nogarola doctissimo viro domino Georgio Bivilaquæ salutem dicit.

Etsi iam diu, Georgi amantissime, me a te vehementer amari intellexeram, tamen cotidie id magis perspicio, quoniam in epistola tua, quam a te accepi, tantum cumulum benevolentiæ fuisse animadverto, ut mirarer locum esse augendi in eo. Etenim cum mecum cogitarem te tali sapientia præditum ad

Alteram præcedentis epistolæ recensionem, quæ fortasse Zeneveræ non Isotæ epistola habenda est, Codex Vindobonensis nr. 3494 (fol. *22b*) (*C*) solus nobis servavit. In quo epistolam, quæ in hac editione octavum locum obtinet, hæc præcedunt verba : Sequuntur alique epistole illarum poetarum quas quoniam nostra etate in feminis raro doctrinam cum eloquentia invenimus apponere studium tam habendi quam scribendi constitui ex ipsis originalibus earum.

nos litteras mittere intermisisse, sic afficiebar interdum, ut vix dolori resistere possem. Nam profecto mihi molestum erat me talem patronum, qualem te esse perspicio, amisisse, quoniam id quod erat existimabam mecum præconem adeptam fuisse, ut omnium fama immortalis forem. Mihique magnopere id conducere arbitror, quoniam litteræ tuæ illæ tantum in se et gravitatis et auctoritatis habent, ut non te, sed Ciceronem loqui existimetur, civesque nostri omnes de te gloriantur teque nomine civitatis unum præstantissimum dicere audent. Quod cum ita sit, non dici potest, quam valde gaudeam, cum in tuam familiaritatem venerim, et semper dum ero lætabor. Quod autem me ad cælum summis laudibus extollis, id quidem tuo incredibili tribuo amori tibique maximas gratias ago et hanc tuam de me opinionem mihi plurimum profuturam esse confido. Et utilia tua summa erga me officia omittam. Quid enim mihi hoc tempore iocundius esse poterat, cum ego a te quo-

(3) Nam profecto *bis habet* C. (4. 5) ammisisse C. (7) immortalem C. (22) ommittam C.

dam libello de transitu Ieronimi doner, qui tui summi erga me amoris perpetuum monumentum sit, et cum eum in manibus sumsero (sumam autem sæpissime) et melior ipsa et prudentior fiam. Quas ob res immortales tibi ago gratias et semper agam, dum spiritus hos reget artus. Vale.

(2) ergo C. (4) sumero C. sumam *om.* C.

VIII.

(Veronæ, 1436? 1437?)

Isota Nogarola ornatissimo viro domino Antonio Bonromeo salutem.

STATUERAM sæpenumero ad te litteras meas incultas et abiectas dare, sed cum mecum reputarem, quam multi essent viri — si viri appellandi sunt — qui litteras in feminis virus ac pestem publicam appellant, hoc me ab incepto deterrebat. Verum, ut mihi videtur, hi sunt quædam pestis hominum aliena laude dolentium, qui nihil nisi id quod faciunt ac sentiunt rectum putant; hoc namque ab animi pravitate et ignorantia procedit. Certo enim scio eos non legisse, quantis meritis laudationibus efferantur illustres primariæque

Extat in unico codice Vindobonensi nr. 3494, fol. 22*a*.
(13) nichil C. (15) paruitate C.

feminæ, quæ omne suum tempus, laborem, curam, studium in virtute consummaverunt. Musæ ipsæ feminæ fuerunt et viros magnos divinosque poetas instruxerunt atque illustrarunt. Verecundia vero nulla tenuit Maronem opem illarum invocantem ita cecinisse: Sichilides Musæ paulo maiora canamus. Apud Platonem mulieres divæ philosophiæ vacasse certum est, Lascheniam scilicet et Mantineam et Axiotheam Philasiam, quam et virilem habitum discendi gratia induisse dicunt. Cornelia Graccorum mater quantis versibus decantatur? Merito quidem sempiterno donaverunt ævo maiores nostri primariam feminam et religione Christianam coniugem Adelphi, quæ adeo erudita fuit, ut eam totum Virgilianum carmen memoria habuisse ferant novumque testamentum ornate distincteque scripsisse. Quod cum ita sit, num litteræ in feminis origo ac fundamentum malorum existunt, num hæ illis dignitatem ademerunt, an

(2) consumaverunt C. (6. 7) Sicelides? (8) due phylos. C. (9) lascheniam sc. et mantinea C. (10) Phliasiam? (15) christiana C. coniungem C. (17) memoriam C. (18) distinteque C. (19) lictere C.

admirationem auxerunt, quod mulieres non feminas modo virtute sed et viros anteirent? Quibus ex rebus statui omni abiecto pudore has nugas ad te dare, quoniam non ignoro, quod tu meo pro honore horum pusillorum ac malivolorum invidias et obtrectationes prosternes atque obteres, et si quis forte fuerit qui mihi obesse velit, non dubito, quin tuam consuetudinem ac liberalitatem in me absente defendenda mihi præstes. Reliquum est, ut et his inornatis litteris te certiorem reddam, quam ope tua egeam, cum mihi impræsentiarum sola pecunia desit, ut si earum feminarum quas supra memoravi nomini atque collegio annumerari non valeam, saltem per vestigia sua decurram. Decades Livi Patavini bellæ atque pulcherrimæ venumdandæ mihi in manibus sunt, ad quas habendas quinquaginta ex scrinio haurire aureos mihi opus esset, quos cum non valeam, ad te confugio et supplex tua munera posco. Scio enim benivolentiam et caritatem

(10) defendendam C. (17) pulcherime C. (19) ex Crimona *cod.*, *corr. Aemilius Thewrewk a me consultus.*

tuam erga me tantam esse, quod huic meæ voluntati gerendum morem esse censebis; tu mihi pater, tu patronus, in quo omnis spes mea sita est. Qua de re te precibus obsecro, ut si id fieri potis est, ad me quam primum mittere cures, quando his in locis mira earum paucitas est, et eas quæ sunt aiunt quæri. Quod si hoc facies, pergratum mihi erit, tum quia res utilis est, tum quia ex ea singularem voluptatem capiam. Sed cum te hoc scire cognoscam, plura verba his adiungere nolo, verum finem mihi scribendi imponam teque exorabo, ut hoc exequaris, quoniam hoc te sine molestia tua facere posse arbitror. Vale; me tibi commendo.

(2) volumptati C. cesabis C. (15) comendo C.

IX.

(Veronæ, mense Septembri, ut videtur, a. 1436.)

Isota Nogarola clarissimo ac splendidissimo viro domino Iacobo Foscaro incliti principis Venetiarum filio S. P. D.

PETO abs te precario, vir clarissime, ne me incuses arrogantia, si tam ausa fuerim ad te has litteras incultas et subrusticas dare, quando humanitate tua freta id mihi concessum et da-

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Riccardianus nr. 779 *(F)*, Guelferbytanus *(G)*, Harleianus nr. 2508 *(H)*, Monacensis nr. 522 *(M)*, Parisinus nr. 7869 *(P)*, Riccardianus nr. 924 *(R)*, Veronensis *(V)*.

Titulus in F et in codice Basiliensi: Isota nogarola cl. ac spl. v. Iac. Foscario salutem plurim. dic.; *in G:* Ysota Iacobo ffoscaro; *in H:* Isota Nogarola domino Iohanni Foscaro de laudibus litterarum; *in M:* Isota Iacobo Foscaro; *in P:* Eloquentissimæ ac nobilissimæ adulescentulæ Isotæ de Nogarolo ad spectabilem ac generosum Iacobum Foscari epistola incipit. (3) Isota *R.* splendido *R.* (4) domino *om. R.* Foscharo *R*, Foscari *V.* illustrissimi *C.* (4. 5) incl. pr. Ven. f. *om. R.* (5) d. p. *R.* D. *om. C.* (6) præc. *V.* doctissime *cod. Basil.* (7) accuses *FHR et cod. Basil.* arog. *R.* (8) litt. has *M.* has *omm. FHR et cod. Basil.* (9) inculcatas *H.* quum *V.* (10) freta est id *H.*

tum a te esse arbitror. Quæ tanta est, ut te eas benigne accipere non dubitem, Artaxerxem regem Persarum imitantem, quo deambulandi gratia equitante, cum homo quidam vilissimus et pauperrimus obviam ei factus esset (mos erat Persarum regem cum munere salutare) aquam ambabus manibus e fluvio acceptam porrexit. Rex iocunde munus accepit et subrisit, promptitudinemque dantis potius quam magnitudinem dati mensurans. Eidem vir quidam egenus malum pulcherrimæ magnitudinis donavit. Qui benigne accipiens: Per deum, inquit, is mihi videtur et civitatem parvam sibi datam magnam opera et diligentia sua facere posse. Qua ex re tanta cupiditate in-

(1) a te esse *om.* C. (2) te *om.* *H.* has *GM.* (3) artaxersem *CFH*, arthaxersem *G*, artaxessem *P*, arthaxerssem *V.* *R omnia inde ab* Art. *omittit.* regem illum P. *PH.* immittantem *CP*, immitantem *H.* (4) ambulandi *P.* gr. puto equit. *G.* equitantem *H*, æquitate *V.* quem *F.* (5) pauperimus *CFV.* (6) m. enim erat *V.* (7) salutari *H post corr.* (7. 8) aqu. ambulans amb. *CG*, aquam bamlans amb. *M*, ambulans aquam amb. *V.* (8) a fl. *M.* (9) iuc. *F.* subrixit *P.* (10) prontit. *F*, promptitudinem? danti *F.* (11) dato *F.* (12) pulcerrime *CGM.* multitudinis *F.* (14) imquit *C.* hiis *C.* (15) magna *H.* (16) Quia ex *G.* tanta *om.* *F.*

censa fui, ut non potuerim tibi non gratulari, cum mihi nuntiatum sit te ad hanc dicendi facultatem operam, curam, studium denique omne contulisse et te ad hanc litterarum laudem, in qua tui maiores semper excelluerunt, adiecisse. Probe igitur facis, qui cum excelso loco natus sis, in animum induxti tuum nil melius agere posse quam supellectilem præclaram et iocundam familiam librorum et utique frugi et bene morigeram, ut Cicero appellat, convenire, qui semper ad omne tuum imperium præsto sint, et ubi nos præsentes cum posteris loquamur. Cato enim, cum rus iocunditatis causa cum familiaribus proficisceretur, libros secum tamquam suaves comites semper gerebat, idem-

(1) fuit *FV.* non *om. H.* (2) quem *F.* mihi *om. H.* nunc. *CFGM et V post corr.* sit] fuit *GM.* dicendi] dedi *H.* (3) curam *om. V.* (4) litterarum] dedi *H.* (5) maiores tui *G.* semper *om. V.* (5. 6) excelssuerunt *P.* (7) excelsso *P.* sis *omm. GM.* induxisti *CGM*, induxit *F*, induisti *H*, industi *P.* (8. 9) suppellettilem *FG.* præclaram suppellectilem *HP.* (10) liberorum *G.* librorum *post* morigeram *legitur in HP.* (11) convasare? (12) omnem *F.* imp.] imp. inde *G*, inprovide *M.* sint] sum *GM.* (13) præsentes *om. C.* et *V.* posceris *M.* loquimur *H.* Catho *G.* (14) cum] dum *CFHP.* iucund. *V.* (15) liberos *G.* (16) comitates *P.* super *C.* habebat *GM.*

que dum senatus colligebatur, libros in curia legere solebat. Quod itidem de Cæsare, Alexandro, Augusto audivimus, qui in castris plurimum et legere et scribere consueverunt. Quid enim nos, qui ab omnibus curis vacui sumus, aliud peculiare prosequi possumus? Legimus enim Apollonium, sive illum magum, ut vulgus loquitur, sive philosophum, ut Pythagorei tradunt, intrasse Persas, pertransisse Caucasum, Albanos, Scithas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrasse, ad extremum latissimo Physon amne transmisso pervenisse ad Bragmadas, ut Iarcham in throno aureo sedentem et de Tantali

(1) cum *V.* collegebatur *V.* cura *V.* (3) allex. *G.* (4) plurimum *om. P.* et *ante* leg. *omm. FGV.* consuevit *H,* consueverat *P,* consuerunt *V.* (6) peccul. *P.* persequi *FHV.* possimus *CM,* posumus *V.* (7) appolonium *CP,* apolonium *F,* appollinium *G,* appollonium *M.* sue *V.* magicum *G,* magnum *HP.* (8) loquitur oratorem sive Porphyrium ut *F.* (8. 9) pithagorici *C,* pitagori *GM,* pictagorei *P,* pithagorei *V.* (9) intrasse *om. P.* (9. 10) penetrasse *H.* (10) abarios *G,* abanos *M.* sitas *F,* sithias *GM,* scitas *HV,* scytas *P.* uiassagestas *C,* masagethas *GM,* mesagetas *H,* massagentes *P,* mascietas *V.* (11) opulentissime *H.* (12) et ad extr. *H.* phison *GH,* fison *MPV.* anne *P.* (12. 13) trasmisse *H,* transmisse *M.* (13) bragmordas *GM,* bragadas *H.* yarcham *F,* hiarcam *H,* ircham *P,* arcam *V.* (14) trono *CFP.* trono sed. aur. *HP.*

potantem fonte inter paucos discipulos de natura, de moribus, de siderum cursu audiret docentem. Inde per Elamitas, Babilonios, Caldeos, Medos, Assyrios, Parthos, Phenicas, Herebas, Palestinos reversus Alexandriam perrexit Ethiopiam, ut gymnosophistas et famosissimam Solis mensam videret in sabulo. Invenit ille vir ubique quod disceret et semper proficiscens semper melior fieret. Omnes enim trahimur, ut Cicero meminit, ad cognitionis et scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus, labi autem, errare et nescire, decipi, et malum et turpe dicimus. Socrates ultimas regiones

(1) fonte potantem *HP*, potestatem fonte *V*. (2) syderum *C*. auderet *V*. (3) dicentem *G*. idem *P*. per clivineas *G*, per clevincans *M*, perclamitas *PV*. babilones *G*, babylonios *H*, babilomas *M*, babilonis *P*. (4) chaldeos *F*, caldees *M*. asiros *C*, asyrios *F*, assirios *GM*, asirios *V*. partos *C*. parthos syros *P*. fenicas *CV*, fenichas *GM*, fenitas *P*. (5) herbas *G*, nerebas *P*. vēnsus *G*. allex. *G*, ad alex. *P*. (6) perexit *CV*. gumosophystas *C*, gunnosophistas *G*, ginophistas *P*, gimnosoph. *V*. (7. 8) fam. Iovis aulam ille videret in stabulo *C*. (8) sabulo *ex* sabolo (*corr. m.* 2) *G*, sabulon *M*. ullo vir *F*. (8. 9) quid disc. et s. pr. ut s. m. *P*. (9) proficisens *V*. (10) autem tr. *H*. mem. trah. *V*. (11) cogitationis *H*. sapientie *F*. (12) pulcrum *CGHM*. (13) decipi *om*. *H*. (14) Socr. quoque ult. *H*, Socr. ad ult. *P*.

acquirendæ sapientiæ causa perlustravit. Anaxagoras studendi quoque gratia diutinam peregrinationem assumpsit, cumque multa post tempora possessiones suas perisse vidisset: Non essem, inquit, salvus, nisi hæc perissent.

Datum est enim, vir insignis, generi vestro, ut in omni genere virtutis et præstantiæ cunctis præstare videamini. Quid enim dicam de illustrissimo principe, patre tuo, fama super æthera noto? Sub cuius ductu et fortunatus urbis status et clarissimum familiæ vestræ nomen excrescit in dies. Taceo de iustitia et vitæ præstantia atque morum integritate, quem omnes sane homines Catonem maximum appellant, ut illud satiricum de eo

(1) aquir. *CFV*. sciencie *GM*, scientiæ *H*. (2) Anax. quoque st. *H*. grecia *C*, causam *GM*, causa *V*. diuturnam *G*. (3) assumsit *G*, asumpsit *V*. quamque *F*. (4) nulla *H*. posessiones *P*. (4. 5) periisse *GV*, incultas *H*. *omm*. *CFMP*. (5) didisset *F*. (6) hæ *P*, *omm*. *GM*. periissent *GMPV*. (7) enim *om*. *P*. enim est *M*. generosi viro *F*. (8) virtutum *F*. atque *C*. præstantem *P*. (9) videamus *F*. (11) ethera *CFM*, ethere *V*. nato *F*. sub cuique *M*. (12) filiæ *P*. (13) excresit *C*. (15) cathonem *G*, Cat. illum *H*. (16) satyr. *HV*.

merito dici possit: Tertius e cælo cecidit Cato. O senatum Venetum perbeatum, cum sibi a tam inclito tamque excellentissimo principe administrari contigerit! Hunc enim pro quodam quasi terreno deo amandum colendumque esse existimant. Etenim ubivis gentium splendidissimum nomen eius, celebris humanitas eximiaque in omnes pietas decantatur. Habes præterea nonnullorum virorum illustrium imagines domesticas, quæ tibi tamquam calcar ad studium virtutis et honoris esse debent. Ceteros namque omittamus, age eloquentissimum Franciscum Barbarum contemplemur, cuius certe tanta

(1) Certius *F.* de *P.* (2) catho *G.* probeatum quem *F.* (3) a] et *F.* tamquam *F,* atque *MV.* a tam gravissimo tam inclito principe sibi adm. *H.* (4) contingerit *V.* Nunc *CHPV.* (5) quoddam *H.* quem *H,* *om.* *G.* (5. 6) colendum amandumque *H.* (6) collendunque *F,* collendum *V.* ubivis] ut vis *H,* in omne *P.* (7) gentium *om.* *H.* (8) omnis *P.* (9) decantantur. Quod cum ita sit, quem (quam *P)* tibi alium (aliud *P)* ad exemplar virtutis commendare (comendare *P)* possem, quam eum ipsum. Habes (Habeas *H) HP.* non ull. *FP.* (10) illustr. vir. *P.* ymag. *CFG.* (11) virtutum *F.* (11. 12) tibi ad studium summæ laudis tanquam calcar esse debet *H.* et honoris] summæque laudis *P.* (12) debet *HV.* (13) euge G. (14) contemplamur *CGMP,* complectemur *H,* contempamur *V.* tanta certe *GM.*

est eloquentia, ut omnes eum unum Venetum præstantissimum dicere ausint. Etenim certior facta sum te litterarum studiis Francisco Barbaro suadente et duce deditum esse, quod profecto tibi iocundissimum esse debet, te scilicet talem studiorum tuorum cohortatorem habere. Summam profecto laudem assequeris, si probatissimos viros delegeris, quorum virtutem imitari possis. Quoniam, ut inquit Cicero, nihil est enim, mihi crede, virtute formosius, nihil amabilius. Quapropter hanc summis amplectere viribus, quamquam tibi hortatione minime sit opus. Quod si facies, ut generosæ tuæ adolescentiæ primordia polliceri videntur,

(1) eloqu. est *P.* (2) ausi sunt *GM*, ausi *P.* (3) facta *om. P.* stud. litt. *H.* (4) et te duce *F.* creditum *G*, detum *V.* (5) quod pr. t. ioc. esse *om. G.* (5. 6) esse quod— talem *om. V.* (6) te *om. P.* scilicet] in *G.* (7) Sumam *V.* (8. 9) diligeris *P.* (9) ymitari C. (9. 10) Quum *PV.* (11) formosius] famosius nil pulchrius (pulcrius *H*) *HP.* nil *HP.* amalius *V.* (12) complecere *H.* (13) hortatione (cohort. *H*) ad maximam virtutem obtinendam (optin. *P*) minime *HP.* (13. 14) hortatore m. opus esse intelligam *GM.* opus sit *HPV.* (14) quia si *H.* facies] facis facies *G.* in *H.* generosa *H.* (14. 15) adolosentie *C.* ad. tuæ pr. *HPV.* (15) videantur *CV.*

In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

Vale. Ex Verona.

(3) Virgilius *V in marg.* fluvis *F.* curent *V.* unbre *C,* unbra *P.* (2) lustrabit *P,* lustabunt *V.* connexa *GMP et cod. Basil.* pollus *P.* sydera *C,* scidera *cod. Basil.* (3) honor *C.* (6) Ex Verona &c. *H,* Ex Venetiis *R, omm. ceteri. Error libri R inde natus, quod ceteræ quæ in hoc codice præcedunt Isotæ epistolæ Venetiis datæ sunt.*

X.

(Ex valle Policella, die VII. mensis Octobris a. 1436.)

Guarinus Veronensis Iacobo Foscari S. D. Pl.

Dies hic mihi festivus profecto et sollemni memoria celebrandus illuxit, illustris Iacobe, quo tua mihi allata sunt munera omnis commendationis genere in cælum extollenda, seu donum ipsum seu donatorem contempler. Nam ut a te prius incipiam, quænam abs te laudationis partes absunt? Vis patriam? Ea est fortuna, virtute, dignitate, rerum gestarum gloria maris terrarumque regina, quæ tantum alias inter caput extollit urbes, quantum

Ex codice Ambrosiano C. 145 *(C)* edidit Remigius Sabbadini in «Vierteljahrsschrift für Kultur und Litteratur der Renaissance». Herausgegeben von L. Geiger. 1885, p. 112, sqq.

lenta solent inter viburna cupressi, ut poeta pastor ait. Vis prosapiæ auctores? Hi amplissima in civitate magni et in patricio ordine clarissimi semper habiti sunt. Vis patrem? Is ea sapientia, magnitudine animi, maximarum rerum urbanarum atque externarum usu præclarisque aliis virtutibus pollet, ut non modo sua in urbe principatum mereat et obtineat, verum etiam ubicumque terrarum fuisset facile princeps maiorque futurus exstiterit. Quid de te ipso denique dicam? In quo quidem adulescente ea exstat indoles, ea effigies et certe senilis, ut vel tacitus unumquemque tuam in caritatem et venerationem incendas et allicias. Verborum dulcedo, morum gravitas, consuetudinis lepos quem ad tui contemplationem non adducunt? Has ad tantas vel animi vel ingenii dotes adde litterarum amorem, bonarum artium studia insignemque disciplinam, quos in præsentia fructus paris, quos in posterum polliceris, ita ut præclarum nescio quid ac singulare iam nunc inci-

(13) *Ante* effigies *fort. excidit* virtutis. (15) et *ante* ven. *add. Sabbadini.*

pias exspectandum efferre. Videre videor, ut patri laudi, civitati commodo, tibi gloriæ operam navas, ita ut quantum te filio genitor, tantum genitore filius glorieris. Sic Thelamon et Aiax, sic Peleus et Achilles, sic Aeneas et Ascanius, sic Cæsar et Octavianus inter se certamen de præstantia suscepere. Quam ad rem id non mediocre nactus es adiumentum, quod de Scipionis Africani filio a Cicerone dictum est, quod ad præstantissimam animi magnitudinem doctrina uberior accesserat.

Tali igitur donatore parumne lætari mihi liceat, cum tibi tanto opere carum me, gratum acceptumque esse decantabitur, quanto opere tua suavis et humanitate referta testatur epistula? Hoc enim iam celari non potest. Quid mihi magnificentius in vita contigisse poterat, præsertim cum vos magni et magnifici viri pro iudicii subtilitate et rerum excelsarum appetitione nil vile, abiectum aut vulgare soleatis amplecti?

(10) *filio* excidit apud Sabbadinium, addidi ex apographo, quod idem Sabbadini epistola nondum typis excusa miserat.

Quid de dono ipso prædicem, de quo cum plura dixero, plura dicenda restabunt? Quid, cum scripta ipsa perlegas, aut apta verborum constructione concinnius aut ipsa puritate et luciditate elegantius aut sermonis proprietate consuetudineque Latinius? Crebræ sententiæ, rerum varietas, antiquitatis notitia et quod Horatius vehementer probat, pes semper et caput uni redduntur formæ. Quibus ex rebus id legendo conflatur, quod de Nestore dixit Homerus et Tullius meminit: Cuius ex ore melle dulcior fluebat oratio. Quodque præcipua admiratione prosequor, tanta est in utriusque dictione paritas, tanta stili similitudo, tanta scribendi germanitas et quidem utrobique magnifica, ut, si Zenevræ nomen auferas et Isotæ, non facile utri utram anteponas iudicare queas, adeo ut qui utramvis norit ambas noverit, ita sunt non modo creatione et sanguinis nobilitate sorores, sed etiam stilo atque facundia.

(3) aperta C, *corr. Sabbadini.* (4) construtione C. (9) reddunt C, *corr. Sabbadini.*

O civitatis immo et ætatis nostræ decus! O rara avis in terris nigroque simillima cycno! Si superiora sæcula hasce probandas creassent virgines, quantis versibus decantatæ, quantas modo non malignis scriptoribus laudes assecutæ immortalitati traditæ fuissent! Penelopen quia optime texuit, Aracnen quia tenuissima fila deduxit, Camillam et Penthesileam quia bellatrices erant, poetarum carminibus consecratas cernimus. Has tam præditas, tam generosas, tam eruditas, tam eloquentes non colerent, in astra laudibus non extollerent, non ab oblivionis morsibus quavis ratione vindicarent et sempiterno donarent ævo?

Solent nonnulli, docti sane homines, conterranei mei in collaudatione Veronensis agri conficienda fruges optimas, poma saporis egregii, eximios vini et olivi liquores, piscationes, venationes, aucupia, læta pabula, colles apricos ceteraque prædicare, quæ tamen multis urbibus communia sunt. Tam

(1) eeus *(sic) textus editus.* (13) mirarentur *ut videtur* C, *corr. Sabbadini.*

insignes adolescentes, peculiare nostræ civitatis insigne, Hesperidum malis etiam atque etiam pretiosius cur taceant, ignoro. Quid facturi estis, nobiles urbis nostræ iuvenes? Animos vnstros et vitam non harum saltem exemplo exornabitis? Num vulgare illud in vos convicium reformidabitis: Vos etenim iuvenes animum geritis muliebrem illaque virgo viri?

Plura me dicere vindennæ clamor obstrepentis haud sinit, instat et autumnus calcatis sordidus uvis. Ad te igitur vale dictura convertatur oratio, vir magnifice; tibi gratias quantas meus capere valet animus et ago et habeo pro eo munere quod cum se ipso, tum muneris auctore tam præclarum, tam acceptum, tam honorificum mihi factum est, pro cuius quidem meritis me tibi totum trado atque commendo. Tu me pro tuo utere arbitratu.

Ex valle Policella, Non. Oct. 1436.

(2) hespidum *C, corr. Sabbadini.* (21) 1438 *C, corr. Sabbadini (Guarino Veronese e il suo epistolario, Salerno* 1885, *p.* 16.)

XI.

(Ex valle Policella, die XI. mensis Octobris a. 1436.)

Guarinus Veronensis Leonello Estensi principi illustrissimo S. P. D.

SUPERIORIBUS diebus, princeps illustrissime, cum e Ferraria dulcissima mihi nutrice, immo vero per adoptionem patria, coactus abirem communique terrore trahebar, magna me afficiebat ægritudo, quia tot familiaribus et amicis distrahi me summa cum molestia cernebam. Accedebat ad sollicitudinis meæ cumulum, quod pro morbi suspicione tamdiu tui mihi carendum erat, cuius aspectus atque præsentia omnis mihi lætitiæ ac voluptatis loco est, tantum pollet tua sermocinationis

E cod. Ambr. C. 145 *(C)* descripsit Remigius Sabbadini. Titulum ego addidi. (12) accedat C, *corr. Sabbadini.*

iucunditas, morum elegantia, vitæ integritas, prudentia, æquitas, liberalitas ceteræque virtutes regiæ, quas qui non laudat et admiratur magis invidus aut malignus habendus est quam qui probat et prædicat assentator. Ceterum cum discedendi acerbitatem una consolatio leniebat, quod tua cum venia patriam me petere intellegebam, cuius spectaculum omnem abstergeret animi molestiam, longe vero ac putaram evenit. Siquidem cum hic novæ familiaritates ineundæ sint, ad recentiores id est ad Ferrarienses animus flectitur; magna namque consuetudinis vis est, ut nosti, vir magnifice. Ad te inprimis tota recordatione convertor, ad te respicio, de te cogito, in te me ipsum oblecto, in te præsertim iucundissimo diversorio acquiesco, tu mihi pater, tu patronus, tu patria. Quamobrem ut quasi præsens tibi coniungar, ad litterarum opem confugio, quarum officio cum absentem absens audies et videbis, non longinquus omnino ab tua magnificentia videbor esse. Et quod maxi-

(17) pr. de iuc. C, *corr. Sabbadini.*

mum est, si forte per tantum locorum tractum et hoc temporis intervallum me ab tua mente deletura esset oblivio, me tuo ex animo dilabi hæc qualiscumque non sinit epistula.

Verum enim vero cum tuam ad præsentiam sola proficisci vereatur, aliquos agri nostri fructus quasi comites adiungere constituo. Sic enim et deorum templa refertis solent adire manibus. Quinam igitur hi fructus erunt? Num uvæ, num fici, quas fructuum reginas esse Græciæ proverbia decantant? Num tubera, num eximii cuiuspiam saporis poma? Minime sane; sunt namque corruptioni prorsus obnoxia et soli palato iucunda. At alterius generis admiranda quidem et hac ætate perrara, quæ aures pascant animosque delectent. Sunt namque ingenii fructus et studiorum, quos e duabus nostræ civitatis virginibus pullulantes collegi, collectos ad tuam magnificentiam misi.

Videbis germanas duas epistulas ab duabus generosa stirpe creatis sororibus editas, in quibus de studiis et disciplina periculum

feci. Mirifice profecto intellegunt et varios auctores tenent. Textus huius interpretantem, memorandæ novitatis participantem ac non ignarum te esse volui. Quid dicent, quidve facient adulescentuli ætatis nostræ, qui per socordiam tempus terunt nec ullam per industriam suam exornant ingenia? Num merito illud audient: Vos etenim iuvenes animum geritis muliebrem illaque virgo viri? Vale, mi rex, salutique tuæ, quæ et nostra est, consulas diligenter oro. Illustri genitori tuo et domino meo singulari me humiliter commenda.

Ex valle Policella V. Idus Octob. 1436.

(4) te *om. C, add. Sabbadini.* (5) faciunt *C, corr. Sabbadini.* aduluscentuli *C.* (14) Idibus *C, corr. Sabbadini.*

XII.

(Veronæ, haud ita multo post diem XI. mensis Octobris a. 1436.)

Isota Nogarola doctissimo viro Guarino Veronensi S. P. D.

VEREBAR antea, Guarine, vir insignis, ad te scribere, quoniam non par arbitrabar me tironem litterarum ad te oratorum principem litteras dare.

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Riccardianus nr. 779 *(F)*, Parisinus n. 7869 *(L)*, Parisinus nr. 8580 *(P)*, Riccardianus nr. 924 *(R)*, Veronensis *(V)*.

Titulum ex V sumpsi. Isota N. d. v. G. V. salutem pl. d. *C et R*, *qui tamen* pl. *omittit*; Isota Nog. clarissimo atque doctissimo viro Guarino Veronensi oratorum atque philosophorum principi salutem plurimam dicit *F et codex Basiliensis (qui om.* dicit); Pudicissimæ adolescentulæ Isotæ de Nogarolo ad clarissimum oratorem Guarinum Veronensem epistola incipit *L;* Aldissimo atque doctissimo viro Guarino Veronensi oratorum atque philosophorum principi s. p. Isota Nogarola dicit *P.* (6) Guar. *omm. P et cod. Basiliensis.* vir. ins. Guar. *R.* (7) te *om. P.* (7. 8) quon. ad te par non *R.* (8) tyronem *L (qui* liter. tyr.) *V.* (9) litteras dare] scribere *L.*

Nunc orta est occasio, ut tui plus apud me valeat auctoritas quam pudor, quando tua laudatione permota, quam virtutis meæ præmium (si qua est) esse duco, non potui non ingentes tibi agere gratias, quamquam quascumque ego tibi rettulero, pro tuis in me meritis parum cumulate egisse videbor. Tantis me laudibus dignam censuisti et singulari tua humanitate tot ornamentis me cumulasti, ut ignorem quæ tibi quæ digna tui pro laudibus istis præmia posse rear solvi. Sunt igitur divo Iesu gratiæ agendæ plurimum, cum mihi ad virtutis, ad litterarum studia te scilicet æternum lumen allatum esse concernam, quo nos gaudemus et hæc civitas, dum erit, lætabitur. Admonet me

(1) occaxio *F.* aut tui *R.* aput *P.* (2) quum *L*, cum *R*, quoniam *V.* (4) premum *L.* duto *C*, dico *L.* (5) tibi non ing. *R.* (6) quamque *P.* quascum *L.* reddidero *C*, retulero *PV.* (7) cum. parum *R.* cumulare *L.* (8) indignam *V.* (9) tua humanite tua tot *L.* ornamentum *F.* (10) cum. et honoribus tuis adeo cohonestata evasi ut ignorem is tibi *L.* (11) tua *F*, tuis *R.* (12) yhesu *C*, yesu *R.* agende gratie *R.* plur. *om.* *P.* (13) quam *F*, quo (quod?) *P.* michi *C.* ad virt. *om.* *C.* (15) concervam (?) *P.* et] ut *C* (*et L?*). (16 admovet *CF.* ne *V.*

quoque res, ut hoc in loco absentiam tui deplorem, ni hæc res a me aliena videretur. Pater, o hominum divumque æterna potestas! Namque aliud quid est quod iam implorare queamus? Quis deus, o cives, quæ vos dementia adegit, ut hunc virum tamquam divinum munus ex alto domicilio ad nos demissum cum quadam veneratione non retineatis ac eum, ut æquum est, summo honore non colatis? Legimus enim, ut te auctore utar, non paucos mortales tam longis terrarum marisque tractibus pascendorum oculorum auriumque et animorum gratia ad Olympia venisse, omnis voluptatis oblitos Platonem adiisse, Platonem intueri, in Platone perinde ac in amœnissimo

(1) hoc *omm.* *CL.* in hoc l. *R.* abundantiam tuam *F.* (2) nisi *P.* (3) patere *C.* divinumque *F,* divum *R.* æternaque *R.* (4) Nam *C.* (5) Quid *V.* (6) degit *L.* ut] ue *V.* hunc ut *F.* (7) diuum minus *L.* ex] vel *R.* (8) vos *CP.* dimissum *L.* quadem *P.* ven. summa non *L.* (9) retineatur *F.* ac cum ut *V.* (10) collatis *LR.* (12) tractatibus *CFP.* (13) occul. *L.* aurumque *V.* (14) venisse ad Olympia *L.* Olimpia *CR.* (15) Plat. adiisse *omm.* *CRV.* (16) implatone *C,* in platonem *P.* proinde *C,* *om.* *R.* in *omm.* *CLV.*

diversorio conquievisse. Quid vobis enim tam absurdum est, quam virum magnum dignumque et in nostra re publica natum, virtute affluentem non expetere! Proh dii immortales, non intelligitis, quanti virtus æstimanda sit, quæ pro verbis Ciceronis nec eripi nec surripi potest, nec naufragio nec incendio amittitur, nec tempestatum nec temporum perturbatione mutatur. Qua qui præditi sunt soli sunt divites; soli enim possident res fructuosas et sempiternas solique, quod proprium est divitiarum, rebus suis contenti sunt. Satis esse putant quod habent, nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. Dictumque est a sapientissimis viris: nulla vis auri et argenti pluris quam virtus æstimanda est. Omnia adsunt

(1) diverssorio *L.* conquevisse *V.* enim vobis *C.* enim *om. P.* (2) obsurdum *C.* est *omm. FP.* que *R.* (2. 3) magnumque (*om.* dignumque) *V.* (3) natum *om. R.* (4) affl. virt. *R.* expectere *CLP.* Proh] pro di *C*, pro proh *L*, pro *R.* (5) intelligatur *F.* quantum *P.* (6) existimanda *FRV*, ext. *P.* proverbiis *C.* (7) erripi *LR.* ne *V.* subripi *L.* (8) ammittitur *R*, anititur *V.* (10) predici *R*, predicti *V.* duntes *F.* (11) et semp. *om. L.* (13) sunt *om. L.* (14) apetunt *C.* (15) est *om. L.* (15. 16) sapientissimus *F.* (16) viris *om. L.* (16. 17) plus *L.* (17) virtutis *F.* exist. *FRV*, ext. *P.*

bona, quem penes est virtus. Nonne Leonellum principem illustrissimum tollemus ad astra ante annos animumque gerentem curamque virilem, qui hoc tam præclare intellexit cuique minime visum est id alienum a dignitate sua, quod ipsi Agamenoni regum regi fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem. Multa enim sunt ab eo prudenter acta, cum nihil magnificentius, nihil præclarius actum esse testantur, nec rei publicæ suæ salutarius, quoniam illud salubre Platonis usurpavit: beatissimas fore res publicas, si qui earum gubernationi præessent aut sapientia præditi aut qui sapientiæ studio tenerentur. Quamobrem habet ab omnibus præsentem laudem, cum tanto studio et industria Guarinum coniunctissime

(1) Leonelum *CV*, Leondum *P.* (2) principem *om. V.* illustr.] animi maximi *L.* (4) tam *om. P.* (4. 5) cui *L.* (5) minimum C. ad al. *P.* (6) ipsi *om. L.* Agammenoni *CL*, agamenoni *rell.* (7) aliquando *V.* in] in sua *R.* (8) enim *omm. CLV.* sunt *om. L.* (9) tum *F*, tamen *F.* nichil C, nil *R.* (10) nichil C, nil *R.* actum *om. L.* testamus *F*, testatur *P*, atestant *R.* (11) sue r. p. *R.* (12) P. dictum usurp. *R.* (14) predicti *V.* qui *omm. FLPRV.* (17) coniuntiss. *C.*

amplexus sit, et cum eum tanti faciat quanti Catonem fecerit Pompeius. Qui cum per ignorantiam apud homines neglectus esset in itinere, paulo post ab eisdem admiratur, in admirationem enim sunt ab ipso Pompeio conversi. Nam cum Ephesum venisset et Pompeium, quoniam is maior natu erat et maioris auctoritatis, salutatum venisset, ut conspexit illum Pompeius, non passus est neque expectavit, ut sedentem se adiret, sed assurgens extemplo quasi cuidam maiori obviam processit dextraque eius apprehensa multa in ipso congressu, plura post discessum in laudem virtutum eius sic enarravit, ut qui audierant omnes in Catonem verterentur. Et Cæsaris per vestigia decurrere voluit, qui scientia redimitus Græco et La-

(1) complexus *FP*. sit ampl. *R*. sit] est *F*. et quem cum t. *F*. faciet C. (3) ad hominibus *R*. neglectas *P*. est *R*. (4) in intinere *P*. p. plus *R*. iisdem *CL*, eiusdem *V*. admiratus *R*, admiratus est *V*. (5) enim *om*. *R*. (6) cumversi *V*. Ephesium *F*, Ephesim *P*. esset *F*. (8) ven. sal. *R*. (10) nec exp. *R*. sedendentem C. set *V*. (11) extimplo C. (11. 12) obviam *om*. C. (12) desteraque *L*, dexteraque *V*. (13) multum *P*. aggressu *R*. (14) virt. eius *om*. *R*. (15) audirent *R*. convert. *R*. (16) Et Cæs. quoque per *L*. (17) volens *R*. qui *om*. *R*. siencia C(*L*?)*PV*. redim. et phylosophia dedit gr. *L*.

tino floruit eloquio. Illud quoque a Possidonio dictum accepit, unum eruditorum diem pluris æstimandum esse quam imperitorum longissimam ætatem, inclitoque principi Leonello rectius visum est, quod ex Crispo videbatur, ingenii quam virium gloriam quærere. Et quoniam vita ipsa qua fruimur brevis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere decet. Patere, Guarine, vir clarissime, in tuas laudes me longius evehi, nec me assentari tibi persuade, quamquam probe teneas eos magis qui te non admiratione prosequuntur invidos, quam eos qui te laudibus efferunt assentatores iudicandos esse. Quis enim in Italia clarior est te? Quis eloquentior? Vita quidem talis es, vel fortuna vel gloria, ut nihil amplius accedere posset.

(1) elloquio *RV*. que *F*, quod *F*. (1. 2) Possidoneo *L*, Posidonio *P*, possidemo *R*. (2) dictum *om*. *R*. erudictorum *R*. (3) extim. *CP*, existim. *LR*, exstim. *V*. imperatorum *CFLP*. (4. 5) Leonelo *C*. (5) vissum *V*. est visum rectius *L*. Chrispo *F*. (5. 6) vid. potius ing. *P*. (6) ingenium *C*. quid *R*. virum *CR*, dirium *F*. (8) nostram *L*. (8. 9) afficere *R*. (9) Pater *FLR*. (9. 10) in tuas l. vir clar. *F*. (10) longe *L*. eveli *C*, invehi *L*. (11) quam pr. *R*. (12) te *om*. *V*. admir. non *R*. persequ. *R*, prosecuntur *P*. (15) te est *FP*. elloqu. *RV*. (16) est *RV*, fuit *L*. (17) nichil *C*, nil *R*. melius *L*. ei acc. *P*. posset acc. *L*.

Quantum enim utilitatis et honoris, Guarine pater, ex te lumine virtutis et probitatis habitura sum, cum me nomenque meum a te laudato viro probari conspiciam! Lætus sum, inquit Hector, me laudari, opinor apud Nævium ut Cicero meminit, abs te, pater, laudato viro. Ea est enim profecto iocunda laus, quæ ab ipsis proficiscitur qui ipsi in laude vixerunt. Ego autem tuo testimonio vel litterarum tuarum iam immortalitatem adepta sum videorque videre me iam debere omnium iudicium ac de me existimationem minime curare. Sic Cicero cum a Catone suo laudaretur reprehendi a ceteris facile patiebatur. Sic videtur Socrates testimonio Platonis aliorum iudicia contemnere posse.

(2) pater] excellentissime *L.* limine *P.* (3) sim *P.* cum te nomenque tuum *V ante corr.* cum] quem *F,* quomodo *R.* (4) l. nomine *L.* probari *om. L.* conspitiam *F.* consp. prob. *C,* pr. sentiam atque consp. *R.* (5) oppinor *R.* (6) Nenium *C,* Nevium *FV.* Neveum *L,* Hennium *R.* pater *om. R.* (7) a laudato *C.* Eas enim pr. est *R.* (8) ab his *L,* ab eis *R.* proficiscit *R.* (9) laudem *L.* vixerint *R.* autem] me *L,* autem vel *R.* test. tuo *R.* (10) immortalitate *C.* (10. 11) omne *R.* (12) me *om. L.* estimationem *F.* (14) ab aliis *C.* facillime *L.* (15) pasciebatur *P.* Hic vir Socr. *C.* (16) contempnere *LPV.*

Nihil enim potest esse laudabilius ea tua oratione de me, quæ utinam tua opinione digna essem. Me autem amplissima tua dignitate, auctoritate adeo perauxisti, ut ipsa tota sub tua umbra splendescere videar. Tu autem is es, ut eos quos complecteris pro tua clementia, humanitate numquam exornare desinas. Quanti enim æstimandus es! Nonne Italia laudibus quasi tuæ disciplinæ alumna floret? Non tu dicendi artem, non litteras Græcas ad nostrates adduxisti? Græci namque illud insigne ac memorabile Apollonii iudicium de Tullio de te ferunt. Nam cum Rhodum advenisset ac rogatu Apollonii, quoniam Latine nesciebat, Græce declamasset, ceteris qui aderant in stuporem

(1) Nichil *C.* ea] et ea *R.* (2) ratione *C.* de me *om. R.* oppin. *R.* (3) tua ampl. *F*, tua ampl. tua *P.* (3. 4) dign. tua (*om.* auct.) audeo persuasisse *R.* (5) umbra tua *V.* videbar *R.* (7) hum. clem. tua *L.* hum. te n. *P*, hum. ac mansuetudine n. *R.* (7. 8) exorare *F.* (8) exist. *CFLRV.* es *om. V.* (9) quasi] que *R.* tua disciplina *P.* (10) alumpna *C*, aliena *R.* foret *V ante corr.* Num *FPV.* num *FV.* (11) litteras] tu *L.* ad nostras te *V.* addusisti *R.* (12) istud *V.* et *FV.* laudabile *V.* (13) Appolonii *C*, Apolonii *F*, Appollonii *LR.* (13—15) iudicium—Apollonii *om.* C. (13) Iulio *L*, Tulio *R.* te] te etiam *R.* (14) quem *F.* advenissent *R.* (15) Apolonii *F*, Appollonii *LR.* (16) adderant *R.*

tantæ eloquentiæ adductis certatimque eum laudantibus Apollonius ipse nec eo dicente signum aliquod lætitiæ præ se tulit nec perorata causa utique laudavit, sed diu secum tacitus perstitit. Cum itaque, ut par erat, omnes Apollonium intuerentur ac iudicium eius expectarent, tandem rupto silentio sic inquit: Ego te laudo et admiror, Cicero. Quod autem causa perorata tam diutius tacuerim, dolor et commiseratio quædam effecit. Repetebam namque ipse mecum superiora tempora, et armis et gubernatione rerum publicarum et institutis domesticis Græcos præ ceteris nationibus floruisse. Quibus in rebus nobis Romani palmam iam pridem vera et incredibili virtute superantes

(1) tanta *P.* elloquentia *CL*, eloquentia *P.* advectis *CFLPV.* certatim *codd.* cum *FRV.* (2) laudationibus *R*, collaudantibus *V post corr.* Appolonius *C*, Apolonius *F*, Appollonius *R*, Apollinius *V.* eo *om. F.* (3. 4) peroratam causam *R.* (4) set *V.* (5) prestitit *CLR.* ita quod ut *R.* (6) Appolonium *C*, Appollonium *R.* (7) rupto scil. tandem *C.* rupto *om. L.* scil. *CF.* (8) laudem *L.* (9) Quod ante causam peroratam *L.* (10) miseratio *PR.* (11) efficit *C*, affecit *R.* Petebam *C.* ipse nanque *R.* (13) rei *L.* publ.] pii *R.* (14) nationibus *om. L.* (15) nobis *om. L.* iam] non *R.*

confessione omnium abstulerunt. Reliqua una et sola superat doctrinæ et eloquentiæ gloria, quam et ipsam per te nobis auferri et ad Romanos deferri video, ut nihil iam præcipuæ laudis apud nostros relinquatur. — Hominibus nostris tantum attulisti adiumentum, ut non modo Græcarum litterarum rudes, sed et docti non parum se arbitrarentur adeptos. Nonne omnes tuis consiliis præceptisque obtemperantes præstantissimos ac singulares cives se præbent? Omnes enim Ferrariam felicissimam appellant eamque merito suo laudibus in cælum extollunt, quam Guarinum Veronensem gremio excepisse non piguit. Nonne si Ferrariam contemplari volumus, eam tamquam Platonis

(1) confessionem *V*. (2) ac *L*, *omm*. *CR*. sola *om*. *L*. supererat *F*. doctrina *C*. elloqu. *R*. (2. 3) gl. et eloqu. *L*. (3) parte *C*, partem *L*. a nobis per te *R*. aufferi *L*, aufferri *PR*. (4) defferri *L et ex* afferri *V*, differri *R*. (6) nominibusque *CR*, hominibusque *FL*, nominibus *P*. attulit *P*. adinventum *L*. (7) non *omm*. *FP*. (8) set *V*, et *P*. et *om*. *L*. se] esse *R*. arbitrantur *L*, arbitrentur *P*. (9) omn. cons. pr. tuis *R*. (10) optemp. *C*. (11) se cives *L*. (12) ferariam *C*, *om*. *R*. fellic. *C*, foel. *V*. appellavit *C*. eaque *V*. (13) suis *CR*. in cælum *om*. *F*. colum *P*. extollitur *L*. (14) quem *P*. (15) Nunc si *P*. ferariam *CR*. (15. 16) contemplare *F*. (16) voluimus *F*, volimus *R*.

Achademiam esse dicemus? Omnes te carum habent, omnes te venerantur, in te unum omnium oculi fixi sunt. Quid moror? Tu unus es, in cuius virtute nitatur Italia, victorque viros doctos superemines omnes, nec Italia ullo se tantum eloquentiæ iactabit alumno. Parvitas enim ingenii mei sexusque meus orationem meam attollere non sinit; et ne ipsa singula perquiram, vir omnium doctissime, neque me unam quasi credi velim ex clarissimis mulieribus, quas tantopere extollit antiquitas, quales fuerunt Cornificia, Nicaula ex Aethiopia, Faunia Fauni soror, Cornelia, Portia et reliquæ, me ipsam collegero et finem mihi imponere statuero, si a te prius exoravero, ut has nugas meas non censoria nota, sed humanitate tua emen-

(1) acad. *P*, archad. *R*. ducemus *V*. (3) omnium *om*. *F*. occuli omnium confixi *L*. (4) tu dominus *F*. virtutes florescat ytalia R. (6) tamen *V*. elloqu. *R*, *om*. *L*. iacebit *P*. (7) alumpno *C*. privatas *R*, pravitas *V*. sensusque *L*. (8) orationemque *L*. attolere *C*, ad te tullere *L*. (9) sing. ipsa *R*. perquirem *CR*. (10) crededi *P*, credere *R*. (11) mul. ex clar. *L*. quas *om*. *C*. (12) ferunt *C*. (13) Nichaula et Eth. *R*. Fannia Fanni *V* (?), (15) coegero *P*. finem dicendi imp. *V*. michi *C*. (16) exoravero *om*. *L*. meas nugas *L*. (17) censoria *om*. *P in lacuna*. set *V*. sed et hum. *C*.

dare ac extremam manum imponere velis, neque hoc mihi vitio dare, si tacendi leges mulieribus præsertim impositas prægressa sum illudque Vergerii præceptum haud legisse videar, qui adolescentibus monet parum loqui prodesse, cum in multo sermone semper sit quod reprehendi possit. Et Sophocles quoque taciturnitatem in feminis singularem ornatum appellavit. Verum tuis de me impulsa laudibus, quas ad virtutem mihi calcar proposui, neque tacere neque has ad te dare non potui. Tu igitur (ut soles omnia) eas benigne suspice, quæ si tibi dignas non agent gratias, etsi quas dicere grates quasve referre possem, non voluntati sed parvitati ingenii mei ascribito. Me autem

(1) et *CP*, ad *R*. (2) hac *L*, hec *PRV*. mihi hoc *F*, mihi hec *PR*. (3) progressa *R*, prætergr. *V*. (4) Vergeri *L*. perceptum *R*. aut *R*, hanc *C*. (5) adolosc. *C*. movet *FV*. (6) in m. namque s. *CLV*. (7) potest *C*. (8) quoque *om. L*. tacurn. *R*. (9) singulare ornamentum *CL*. (10) impulssæ *L*. (11) michi *C*. proposuisti *F*, posuisti *R*. (12) a te *P*. (13) omnes *R*. ea *R*. benigne eas *P*. si] et *R*. (14) non dignas *C*. agens *C*, egerint *ex* egent *V*. (15) quos ut r. *L*. refferre *R*. r. grates p. *V*. (16) set *V*. adscr. *F*. Ne *L*.

amplissimæ tuæ dignitati, sapientiæ auctoritatique tuæ trado atque condono tantumque iam tibi reverentiæ, pater, adhibui, ut te loco parentis existimem teque, venerande pater, iam pectore toto accipio et quodcumque mihi honoris laudisque est, ex te manasse profitebor. Vale.

(1) dign. tuæ *R.* (1. 2) sap. auct. tuæ *om. R.* autor. C. (2) tuæ *om. L.* traho C, traddo *R.* commendo *L.* (3) ian C, *om. R.* tibi] diu *V.* rev. iam p. *R.* patres *L.* (4) presentis *R.* (4.-5) venerando *R.* (5) pater *om. V.* (6) quantumque C. honoris mihi *L.* (7) emanasse *PR.* em. iugiter prof. *R.* profitebar *P et codex Basiliensis*, profiteor *V.* Vale iam litterarum sidus *R. in quo hæc sequuntur:* Etsi nihil vereor quid *(l. :* quod) causa mea non minori sit tibi cure que *(l.:* quam) tua, tantum *(l. :* tamen) non duxi alienum sub amicitia nostra te monere atque rogare, id studii, cure et diligentie in remmeam conferas, ut quisque intelligat necessitudine nostra nihil coniunctius quidem homini non *(l. :* quidem. Homini ?) ingrato beneficium prestitisse te cognoscas. Vale et te *(l. :* me) ama.

XIII.

(Veronæ, paulo ante diem X. mensis Aprilis a. 1437.)

Isota Nogarola doctissimo viro Guarino Veronensi S. P. D.

SÆPISSIME mihi cogitanti, mulieres quanti sint, venit in mentem queri fortunam meam, quoniam femina nata sum, quæ a viris re atque verbis derisæ sunt. Hanc enim coniecturam domi de me facio, ne quæram foris, qui me sic ludibrio habueris. Nam tanta

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Mantuanus *(D)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Parisinus nr. 7869 *(P)*, Riccardianus nr. 924 *(R)*, Veronensis *(V)*.

Titulus in F est: Eloquentissimæ adolescentulæ Isotæ de Nogaro ad Guarinum epistola incipit; *in G:* Epistolæ variarum Ysote Nagarola. virum ad doctissimum Guarinum incipit. (3) Isotta *GV.* nagarola *GM.* excellentissimo viro Guarinos (*om.* Veronensi S. P. D.) *D.* (4) salutem *C*, S. *M*, s. d. p. *R*, Sal. Plu. Dicit *V.* (5) mulier *R.* (6) quante C. sim *DPR*, *omm. GM.* (10) quera *D.* (11) quam me *V.* si *D.* Nan *C.*

ærumna afficior, ut nihil supra, cum cogito te mihi æquum in scribendo non præbuisse. Profecto mihi præsagiebat animus me frustra ad te scribere, cum scribebam; verum tua humanitas ad id me pellexit, quoniam mihi veniebat in mentem dictum illud Ciceronis, qui monet, ut quanto nos superiores sumus, tanto nos geramus submissius. Verum edepol video tuum ingenium immutatum esse teque ab dicto illo dissentire. Gaudebam, cum hanc ad te dedi; arbitrabar equidem id valde ad laudem meam pertinere, quoniam testimonio sententiæ tuæ nihil erat quod me assecutam esse non putarem. Nunc pol mœrores antevortunt gaudiis, cum aliter evenire intelligam. Usa sum te nequiore meque

(1) erumpna *P.* efficior *C.* quom *D.* (2. 3) preb. locum prof. *R.* (3) prolagibat *C*, presagibat *DMPR.* (4) de te *V.* cum scribebam] conscribebam *C*, conscribam *GM*, quem scribebam *R*, non scr. *ex* cum scr. *V.* (4. 5) tua voluntas *R*, humanitas tua *V.* (5) allexit *P.* quoniam] quum illud *P.* (6) illud] id *R.* dictum illud *om. P.* (7) qui me m. *V.* (8) summissius *CG*, sumisius *D*, sumissius *V.* (9) inmut. *MP.* (10) a *GM.* illo dicto *R.* disent. *DV.* (11) quom *D.* has *V.* (14) assequutam *R.* Nunc edepol *D.* (15) antevortant *G*, *om. P in lacuna.* quom *D.* (16) inteligam *D*, intelligo *P.* uisa *V.* nequire *GM.* me quod *C.*

magis haud respectus es quam si nunquam gnata essem. Per urbem enim irrideor, meus me ordo deridet, neutrobi habeo stabile stabulum, asini me mordicus scindunt, boves me incursant cornibus. Nam si ego hac contumelia digna eram maxime, tu tamen indignus qui faceres. Quodnam ob factum ita abs te contemnor, Guarine pater? Heu me miseram! Ut animus in spe atque in timore usque antehac attentus fuit, ita postquam adempta spes est lassus cura confectus stupet. Quod cum ita sit, te per deum obsecro, si me tuis beneficiis dignam iudicas, ut huic meæ sollicitudini atque, ut verius dicam, huic meæ laudi subvenias neve in animum inducas tuum, te haud decorum facinus tuis

(1) aut *CRV*, a' *GM*. si] qui *D*, sum *G*. nonquam *DR*, umquam *P*, nunquam *V*. (2) nata *R*, *om*. *D*. orbem *G*. (3) meardo *G*, m cardo *M*. derrid. *R*. (4) findunt *P*, sindunt *R*. (5) incurssant *P*. ego *om*. *P*. (6) tantum *P*. (6. 7) indignus *om*. *G*. (7) que *C*, quid *R*. facerem *C*. (8) abs te *om*. *P*. contempnor *CGMPV*. (9) in spe *om*. *C*. in tim.] dolore *R*. (10) usque *omm*. *GM*. antehac] ad diem *R*. attent.] hactenus *MR*. (11) adepta *CG*. est spes *V*. (12) cum] quom *D*, non *V*. te *omm*. *MP*. oro *R*. (13) tuis me *om*. *P*. (14) me *P*. solic. *CPR*. (15) me *C*. subventas *D*. (16) ducas *CGM*. aut *CR*, haut *M*. in decorum *V*. facimus *V*.

factis facere. Mihi litterarum inopi auxiliarier, quando mihi magnum decus addideris, atque istas scelestas linguas comprimes, quæ me audaciæ columen vocant meque in ultimas terras audaciæ gratia asportandam. Neque quam causam eis afferam scio, sed fateor peccasse et culpam commeritam esse. Id ad te oratum advenio, ut facias quod meum sollicitat animum et quod te oro efficias atque impetratum abs te auferam. Vale.

(1) fructis *P.* fatere *C.* f. mihi facere l. *R.* litterarum *om. P.* (1. 2) auxiliarer *GR.* (2) quando] quum *P*, cum *R.* (3) celestes limguas *C.* comprime *V.* (4) audatie columne *D.* tueque *G.* (4. 5) audaciæ—terras *om. M.* audaciæ gracia in ult. terras *P.* (5) compertandam *G*, asportandum *R.* (7) pecavisse *D*, peccavisse *P.* coniunctam *R.* (8) adeo te *DP*, a' te *V.* venio *CG.* ut] te *R.* facias *RV*, facinus *rell.* (9) solic. *CDPR.* te *om. R.* efficies *G.* (10) absque te *C*, abs te *V.* aufferam *DGMR.* Vale me tibi commendo *P.* Vale, litterarum dux atque splendor *R.* Vale *om. M.*

XIV.

(Ferrariæ, die X. mensis Aprilis a. 1437.)

Guarinus Veronensis Isotæ Nogarolæ S. P. D.

Hoc vesperi tuas accepi litteras querimoniæ plenas et accusationis, quibus incertum me reddidisti, tibine magis condoleam, an mihi ipsi gratuler. Nam cum tuum istud perspexisse viderer ingenium adiunctis doctrinæ ornamentis insigne, te adeo virili animo et

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Riccardianus nr. 924 *(R)*, Veronensis *(V)*.

(3) Responsiva Guarini. Guarinus Isote Nogarole S. p. d. *G;* Sequitur Responsio. Guarinus Isote Nagarole S. P. D. *M;* Guarinus Veronensis clarissime virgini ysote Nogarole *R*. Isottæ *V*. (4) oc *RV*. litt. acc. *R*. (5) ac *M*. accusationes *R*, accusationibus *V*. (6) cuius *M*. (8) congratularer *G*, congratuler *R*. prosp. *M*. (9) ingenium videre *R*. doctr. et orn. *C*. (10) adeo te *R*.

et opinari et prædicare solebam, ut nihil accidere posset, quod non forti et invicto ferres pectore. Nunc autem sic demissam, abiectam et vere mulierem tete ostentas, ut nihil magnifico de te sensui meo respondere te cernam. Quæ quia nata sis femina, quereris et proinde infortunatam te sentis et præ te fers, cum contra ita te gerere debuisses, ut sexum quidem naturæ, excelsum autem animum virtuti ascriberes, cuius professionem studia ista pollicentur vel clarissimarum imitatione personarum, quas ut fertilissimus ager vitæ magistra tibi germinat historia.

Quid fiet, si et ceteri sic tuo fecerint exemplo, ut miles rustici sortem, rusticus

(1) opinione et re pred. *V*, predicari et op. *R*. (2) acced. *M*. (3. 4) si dem. et abi. et *R*. (4) ostentans *R*. (5) nil *G*. magnifice sensu meo de te R. (6) quia] qua *R*. (6. 7) querreris *R*. (7) perinde *GM*. fortun. *V*. te *om*. *R*. (8) pro *R*. fratres *V*. cum contra ita te *om*. *G*. te ita *MR*. genere *C*. (9) quidem] quod *C*. (10) asscr. *M*. (10. 11) possessionem *R*, professione *V*. (11) ita *CR*, illa *GM*. vel] ut *R*. (12) imutatione *C*, imitationem *V*. pers. tu clarior fias, quas *R*. (13) vitæ] in te ita *R*. magram *C*, ingra *M*. (14) germinant *M*, geminat *R*. hyst. *CR* (15) Quod *V*. ceteri non fierunt *R*.

negotiatoris, negotiator et sutor iudicis, reliquique deinceps optarint, quotiens quippiam suo minime sedens animo continget offerri? Quodsi quid a me ortum est iniuriæ, tene plangere an me miserari æquius erat? Ipsa te conscientia et recte factorum recordatio lætam, hilarem, renidentem, magnanimam, constantem et in muliere virum faciat opus est, quidquid obveniat, quo irridearis, ut dicis, et tuus te cavilletur ordo et asini mordicus, boves cornibus insultent. Cum enim intelligeres tuum in me pro litteraria inter nos necessitudine officium fecisse scriptis ad me tam suavibus, tam ornatis, tam laudatissimis litteris (nam sicut

(1) negociacionis *RV*. (2) et reliqui quæ d. apt. *V*. (2. 3) quepiam *C*. (3) suo nomine sideris *R*. contiget *C*, contigit *GM*. (4) Quod quidem si a me *G*, Quod quidem si quid a me *M*. (5) te non pl. *G*. plange *C*. ac *V*. equus *suprascripto* equius *V*. (6) errati (?) *C*. (7) hylarem *CM*, ill. *R*. renitentem *CMR*, remorentem *G*. (8) magnum *G*, magnanimum *M*. in milicie *C*. (9) ferant *M*. quamquid *C*, quicquam *M*, quicquid *R*. obvenerit *R*. (10) et cuius te *C*. te *om*. *R*. caviletur *C*. (11) m. et b. *R*. insultant *GM*. (12) intelligens *G(?)M*. tum *V*. (12. 13) propter litteraria *G*, propter litterariam *M*, per literariam *V*. (13) necessitudinem *M ante corr*. (14. 15) fecisse—tam *om*. *R*. (15) audacissimis *G*. sicuti *GM*.

ex studiis arrogans esse non debes, ita bonorum tuorum æstimatrix non ingrata fias oportet) quid tibi obiectari potuit, quod matronalem constantiam labefactaret? Irrisoribus illud Diogenis dicere potuisses: Irridetin? At ego non irrideor. Quodsi irrisoribus tuis omissis, Isota carissima, iniuriarum me postulas et ad amoris tribunal diem idcirco mihi dicis, quod pares non reddam in amore ac benivolentia vices, falleris. Cur, si me amas et veneraris, ut inquis, meam apud animum tuum causam non recipis? Cur generosæ indignationis tuæ patrona pro me defensionem non suscipis? Et accusante ira cur pro Guarino causam, Isota,

(1) a st. *R*. studii *G*. (2) extimatrix *CGM*, examinatrix *R*, existimatrix *V*. fies *R*. (3) oportuit *CG*, opportet *R*. (4) matrimonialem *R*. m. substantiam const. labif. *C*. (5) id dyogenis *G*. (5. 6) irridemini *C*, irridentem *GM*, irridentim *R*, tridentin *V*. (6) Et *C*. non ego *GM*. irridear *M*. (7) obmiss. *MR*. Ysota *G*, Isotta *V*. clariss. *V*. (8) me rerum [reum?] post. *R*. ad *om*. *G*. diem *suprascripto* dum *V*, dicerem *G*, dice *M*, *om*. *R*. (9) mihi dicis] me vocas *R*. dices *G*. reddidi *G*. (10—12) Cur—recipis *in R post* dicis (p. 179, 1) *collocatum est*. (11) imquis *C*. meum *CM*. (12) aput *GM*. (14) deff. *R*. suspicias *GM*. (15) cur] cui *R*. Isotta *V*. Ysota causam *G*, Isota causam *R*.

non dicis et vel silentium meliorem in partem non acceptas? Guarinus, diceres, domesticis, extraneis, suis, alienis, familiaribus, litterariis negotiis immortalibus irretitus aut nullum aut perrarum scribendi tempus nactus est, cum interim docens, legens, audiens tantam familiam, tot liberos regat, alat, educet, erudiat, parum quieti, minus somno, minimum cibo tempus impertiat; quæ cum sponte tum invitus facit atque fert, quia non ad otium sed ad negotium sese natum, educatum, auctum esse intelligit. Ea si benivole, non indignanter cogitasses, me potius apud te ac irrisores tuos excusatum reddidisses, facta pro me adver-

(1) dicitur *C*, dicit *GMRV*. et *om*. *R*. in meliorem *GMR*. (2) non *om*. *R*. (2. 3) dicere debens dom. *R*. domesticus *C*. (3) extrariis *suprascripto* extraneis *C*. alienis *omm*. *GR*. (4) litterarii *R*. inmort. *M*. irreptus *R*. (5) aut parum *C*. (6) pernactus *C*. est *om*. *R*. cum] quo *R*. (8) alet *G*. errud. *R*. parvum *GMV*. (9) sompno *CMR*. imparciat *RV*. (10) cum] tum *G*. tum] cum *R*. invictus *CR*. faciat *R*. (11) ferat *R*. qua *R*. set *V*. (12. 13) intelligatur *G*, intelligat *M*, intelligitur *R*. (13) indign. non *R*. (13. 14) cogites *GM*. (14) aput *G*. ac] non *R*. (15) per *V*. adversos *C*.

sus Scylleos latratus apologia, cum inter tam varias quæ vexant animum curas non carmini, non scribendi rationi locus præstetur aut venia. Eia igitur, Isota, virago constantissima, te ipsam revoca et iam nunc cane receptui mecumque adversus insultantes ultro acies inferre para et me vel duce vel commilitone deinceps utere. Cumque te, quia femina nata es, verecundia tenet, Didonem feminam sane castissimam, Corneliam Gracchorum matrem, quid plura? Musas denique ipsas feminas fuisse recordare, quæ viros magnos divinosque poetas instruunt, docent, illustrant. Haud sane puduit Maronem invocantem illarum opem feminarum ita cecinisse: «Musa, mihi causas memora» et «Pandite nunc Helicona, deæ, can-

(1) scilleos *CG*, scilleas *M*, scileos *R*. latratas *M*. epologia *C*, appollogia *GR*. (2. 3) letus prestaretur *M*. (4) eya *CGM*. Ysota *GR*, Isotta *V*. virgo *C*. (5) ipsim *R*. et] quia *M*. nunc *om*. *R*, numero *M*. (6) cave *R*. (7) inferre *om*. *R*. vel *om*. *G*. (9) fem. quia *G*. quia] que *R*. verecondia *R*. (9. 10) Dydonem *G*. (11) graccorum *CG*, grachorum *M*, grecorum *R*, gracorum *ex* græcorum *V*. matres *C*. (12) ipsas den. *GMR*. feminas *om*. *R*. (13. 14) instituntur *V*. (14) haut *M*, aut *R*. (15) maiorem *V in textu, corr. in marg*. (17) elicona *GM*, helyc. *V*. tantusque *M*.

tusque·movete». Quid illustres sanctasque feminas dicam, quas cum Christiana religio puritate, integritate, reliquisque virtutibus colat ac celebret, earum nomini atque collegio annumerari dolebis et non ipsa gloriabere? Subinde cum tuis e querelis tantam scriptorum meorum cupiditatem quasi quidam litterarum heluo detegas, non possum non magna iocunditate duci. Quis enim aut præsentium aut posterorum non eximiæ mihi laudi, famæ, decori tribuet, quod Isota, vetustissima progenie ac maiorum titulis clara, pudicitia et morum probitate venerabilis, scripturarum intelligentia memorabilis, Guarini litteras tanto studio flagitet, eas ut filiolas amplectatur, earum aspectu delectetur, iis animum pascat? At enim ve-

(1) monete *GM*. (3) ceterisque *R*. (4) atque *GR*. celebrat *GV*. (5) anum. *C*. debebis *G*. (6) e tuis *R*. e *omm*. *GM*. querellis *RV*. (7) cup. quam quasi *V*. (7. 8) quedam *C*, quidem *R*. (8) hello *C*, helluo *GMV*. (9) ioc. cupiditate duci *R*. Qui *G*. (10) pontium *R*, presentum *V*. posterum *C*, posteriorum *R*. (11) laude *GM*. fama *G*. dedec. *R*. que *M*, quia *V*. ysota *G*, isotta *V*. (12) vetustima *V*. titullis *V*. (15) tantas lit. studio *R*. (16) amplectetur *R*. asp. *om*. *R*. (17) his *R*, Is *M*, hiis enim *G*. At] et *C*.

reor, Isota dilectissima, ne tua te fallat aviditas, quæ cum ambrosiam expectes, polentam fortasse reperias tibique quod et multis eveniat, qui Romæ visendæ cupiditate flagrantes (sic enim urbis fama succenduntur) e remotissimis regionibus viarum longinquitate fatigati nil demum nisi murorum ac parietum cadavera spectant et disiectorum ruinas ædificiorum, truncas imagines conspiciantur. Scio, quanta sit expectationis vis; cum magna expectanti magna offerantur, magna iactura opinionis impendet. Sciebam, inquies, nil novum video; idcirco, ut a scribendo deterrear, facis. Eapropter tecum pacisci constitui. Si facunda et ornata scripta poscis, tuam alio cogitationem verte; vel

(1) ysota *G*, isota *V*. te tua *R*. (2) ambroxiam *M*. expetes *CV*. pollentam *CV*. (3) fort. *om*. *R*. reperies *G*. quod et] quia *V*. (3. 4) militis eveniant *C*. (4) viscende *CMR*. (4. 5) flagrantis *R*, fragrantes *V*. (5) sic est enim *R*. fame *C*. accendimur *G*, succedunt *MR*. (7) fatigari *GM*, defatigati *R*. nichil *C*, nihil *R*. et *C*. (8) discretorum *C*. (9) ymag. *CGM*. (10) Sio *CV*. expensationis *C*. (13) nihil *R*. (13. 14) ad scribendum *G*, ad scrib. *M*, in scrib. *R*. (14) deterear *CRV*, detereat *M*. tecum] sic tecum *G*. (15) pacisti *C*, pacis *R*. e const. *C*. facienda *C*. (16) possis *C*.

Ciceronem vel Lactantium vel Maronem inquire. Si ex medio caritatis sinu cupis epistolas, pietatis ac benivolentiæ testes, contra stare audebo, tuis votis non modo respondere, sed etiam ea superare non timebo. Hæc cum tecum perlegeris, irrisorias lacesse linguas et harum quidquid sint testimonio comprime, confuta, insectare, profliga et de superatis siste trophea spoliumque reporta; utque præ invidia illis rumpantur ilia, te mihi et silenti et scribenti caram, dilectam, cultam esse convince, contende, vociferare, quod tua virtus, mores pudici, litterarum amor studiorumque communitas facit animorumque similitudo. Vale et insignem sororem virginemque generosam

(1) vel *ante* Lact. *om. R.* latantium *R.* (2) ex mero *G.* (4) contra st. aud.] tibi non annuere *R.* votis tuis *G.* (5) set *V.* sed etiam] siciam *GM.* etiam audebo. Superare ea n. t. *R.* (6) Nec *CV*, hoc *G.* cum] enim *R.* (7) lacesce *G.* quamquam *C*, quicquam *M*, quicquid *V.* sunt *CM*, sibi *G.* (7. 8) test. sint *R.* (8) conpr. *R.* constituta *R*, confucta *V.* (9) perfl. *M.* ac *R.* fige *GM.* (10) utque] et quod *C.* (11) rumpatur *R.* illia *C*, ylia *M.* scilenti *CR*, silencio *V.* (12) ac cultam *C.* (12. 13) contende *om. G.* (14. 15) comitas *V.* (15) animorum atque *V.* (16) virginem gen. *V.*

Zinebram saluere a me iube. Equiti splendido, domino Antonio fratri me commenda, matrique, feminæ primariæ, tantumdem. Ex Ferraria IIII. Idus Apriles.

(1) Ginebram C, tinebram *GM*. saluere *om*. *R*. splendidissimo *V*. (2) domino *om*. C. anthonio *GV*, an C, anto *MR*. comenda *CM*. (3) tatumdem *R*, itidem (*sed* al' ĩm̃d' *in marg*.) *M*. (3. 4) Ex—Apr. *om*. *R*. (4) feraria C. ydus *M*. aprilis *V*. III. Id. Apr. *om*. *G*.

XV.

(Ferrariæ, die XXXI. mensis Decembris a. 1437.)

Hieronimus Guarinus Zinevræ et Isotæ Nogarolis S. P. D.

Etsi indignus sim, cuius ad tantam doctissimarum adolescentium doctrinam rudis adventet imperitia et mea inermis imbecillitas ad grave luculentumque litterarum studium appropinquet, tamen ineffabilem vestram imperitæ meæ ætati humanitatem indulturam esse non dubito, quam summa equidem veneratione admiror. Nam cum priscis sæpe temporibus primarias feminas summam libe-

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)*.

(3) Ieronimus Isote &c. S. P. D. *M.* Zenebre *C*, Ginebre *G.* Isotte *GV.* (5) sum *GM.* (7) nidis *V.* (8) inbec. *CG.* (8. 9) luculentum liter. *V.* (9) aprop. *V.* (10) inefab. *GM.* impericie *C*, imperitie *GM.* (11) etatis *GM.* (12) quam in s. *G.* sumam *V.*

ralibus artibus divino quodam ingenio operam adhibuisse legerim, nulla mihi mentem contrahit admiratio. Hinc Sapphon Sapphici mira carminis suavitate manantem, hinc Probam Centonam heroico cantu plurimum valuisse et Christi adventum cecinisse, hinc Sibillam prophetam eundem domini nostri adventum prævaticinatam esse accepimus, ad hæc Amesiam Romano coram populo frequentique concursu ac multitudine fortibus lateribus causam dixisse, C. Affraniam Licinii Bucconis senatoris coniugem easdem in foro lites fortiter agitasse, Hortensiam Qu. Hortensi filiam pro gravantium matronarum tributo a triumviris imposito in eos validam habuisse orationem admirandisque dicendi viribus causam extorsisse iudicibus. Verum has ipsas talibus effloruisse temporibus mi-

(2) adibuisse *V.* mente C. (3) admiratio &c. *M, in quo sicut etiam in G reliqua epistolæ pars usque ad* Quapropter plura (p. 102, 1) *desideratur.* Sapphom C, Saphon *V.* Saphi *V.* (5) brombam C *ante corr.*, brobam C *post corr.*, proba *V.* (7) prohetandi in C, prophetanti *V.* (8) prevaticinata *V.* accipimus *V.* (9) Amesia *V.* caram C. (10) cunc. ac moltit. *V.* (11) liccinii C, lucinii *V.* (12) bocconis C, buconis *V.* (13) Hortensia *V.* Qu.] quoque C. (15) atrium iuris C. in eos] meos C. (18) eflor. C.

nime admirandum fuit, cum scilicet inter tam peritos tamque divinos homines, quibus tanta litterarum facultas inerat, ut et corvos ceterasque complures aves Latine loquentes legerimus, ipsæ tantam sibi studiorum gloriam adeptæ sint. At vobis,quibus inter hanc mundi fæcem effloruisse contigit, quantam qualemque super has laudem capere fas est! Eas enim temporum doctrina et solita litterarum consuetudo et earum multitudo decorabant, ut et ipsæ in litteris mulieres viris adæquandæ fuerint; vos autem tempestatem hanc rudem et ab humanarum artium studiis abhorrentem illustratis, quo magis magisque admirandas vos earum raritas illuminat. Quas res cum plurimæ testentur epistolæ, tum vero clare præsertim quas ab insigni et generoso viro domino Iacobo Foscaro accepimus, quibus a vobis allatis suis etiam comitantibus epistolis nos participes reddidit. Quid de missis ad genito-

(4) cum plures *CV*. (6) Ac *C*. (11. 12) edequ. *V*. (13) ab *om*. *C*. (14) adhorentem *C*, ad horrentem *V*. quos *V*. (15) raditas *V*. (16) testantur *C*. (18) domino *om*. *V*. (20) commit. *V*. (20. 21) particeps *C*.

rem meum litteris, quibus incredibili utique affecti sumus admiratione, dum earum gravitatem, verborum venustatem perscrutamur simul et admiramur, cum vos in lucem viriles virgines venisse videmus, scilicet inter nos imperitos adolescentes vos animum virilem gestantes effloruisse, quibus id vere Ciceronis indici posset:

Vos etenim iuvenes animum geritis muliebrem
Illaque virgo viri.

Quæ cum ita sint, si quid ad tantam virtutem et ingenium mea iuvenilis excitare potest exhortatio, etsi parum opus esse hortatione intelligam, tamen vestrum erit omnia pro viribus eniti, ut huius sanctæ virtutis vestigia imitemini, quam plurimis sublimem ad sidera laudibus elatam perspicimus. Imprimis etenim clarum huiuscemodi præcipientem videmus Isocratem, cum de hac

(1) meum *om.* *C.* (2) effecti *V.* (3) verb. honestatem ac venustatem perscr. *C.* (5) evenisse *C.* silicet *V.* (6) adol. imp. *C.* (6. 7) virile *V.* (8) induci *CV.* (10) virgo virgo viri *C.* (13) exort. *C.* esse] est *V.* (15) pro virtutibus *V.* enitti *C.* (16) imittemini *C.* (17) sydera *C.* (17. 18) inpr. *V.* (18) enim *C.* (18. 19) percip. *V.* (19) vid. et socratemicum de *C.* de] in *V.*

sanctissima virtute ageret, omnium possessionum immortalem esse sapientiam. Bias præterea inter septem sapientissimos dinumeratus, cum eius civitas Prienne ab hostibus esset occupata, sua quisque bona præripere nitebatur, is vero nudus omnibusque opibus vacuus cum a consortibus quæreretur, quidnam esset, quod ne pauxillulum quidem viatici efferret, is illico: Mea, inquit, mecum porto. Quo ex dicto nihil esse prorsus virtute stabilius aut præstantius magisque homini decentius hoc immortali virtutis firmamento edocuit. Quod haud equidem Stoicorum discrepare sententiæ videtur, cum unum mortalibus bonum esse virtutem approbarent, ceterum reliqua momentanea et fragilia fortuna sentirent. Quod ne mirum quidem, cum summis homines ubique prosecuta sit laudibus et ubique semper magni fecisset et eos sæpenumero a gravissimis defen-

(1) egeret *V*. (3) inter s. pret. *V*. (6) omnibus *V*. (8) pausilulum *C*, pauxilum *V*. (9) matici *C*. efferent *C*, afferret *V*. (10) prorsus esse *C*. (11) virtuti *V*. (13) edocuit *om*. *C*. haud] autem *C*. (14) stoycorum *C*. (15.16) approbent *C*. (16) ceterarum *C*. (16. 17) fragillia *C*. (18) ubique *om*. *V*. (20) a grav. sæp. *C*.

sasset periculis. Hinc enim M. Tullium Ciceronem advenam et humilem civem et Romæ potentem et in gravi Catilinæ coniuratione omnium consensu consulem fuisse legimus atque in eius sæpe manibus urbem civitatemque universam difficillimis rei publicæ temporibus servatam extitisse. Ad hæc Africano cum in Linterninam villam se recepisset, magnam prædonum adventasse manum, cumque intra tecta magnifica introducti essent, cerea eius postibus perinde ac sacris imposuisse simulacra, cumque magis prius prædaturi putarentur et sibi ferreos occludi postes intelligerent, hi voce consona omnes exclamaverunt, non Scipionis vitæ hostes sed eius virtutis admiratores adventasse. Præterea Sophoclem legimus, cum a filiis dies dicta esset et in iudicium delatus esset, Oedipodis Colonei fabulam edidisse iudicibus, cui multum diuque et

(1) Marcus T. V. (6) universam *om.* C. difficilimis C, difficilius V. (8) affrino C. litern. C. vilam V. (12) ac *om.* V. simulatur C. (13. 14) fereos V. (14) hij C, in V. (15) exclamaverint V. Sipionis C. (16) hostis C. virtutes V. (18) dies *om.* C. iudicio C.

longis elaborasse lucubrationibus constat; quam cum eos iudicio degustasse dicitur eum illico nec quidquam passum fuisse ignominiæ, quin summam laudem perpetuo esse nomine consequutum. Non etiam ob hanc ipsam virtutem et disciplinam Biantem et Solonem, præterea ceteros eodem inter sapientes ordine dinumeratos tantam in universo terrarum orbe virtute famam dilatasse, ut sapientes doctrina sua, non prudentes, appellati sint? Multi enim prudentes, pauci vero sapientes; nam, ut inquit Cicero, sapientia est humanarum divinarumque rerum cognitio, et eo sapientes appellati sunt. Quid igitur Gorgiam Leontinum prædicantem, nil habere qui senectutem suam incusaret, cum scilicet iocundam litteris senectutem ageret? Quid Pisistratum regem mendici et inopis Homeri opera perinde ac mendicare coege-

(1) lugubrationibus *V.* lucubrationibus elaborasse *V.* (2) quem cum *C.* inicio *V.* digustasse *C.* (3) ilico *C.* nec quicquam *V.* (4) sumam *V.* (5) consequutam *V.* etiam] et *V.* (11) enim] vero *V.* (12) inquid *C.* (13) divinarum humanarumque *V.* (14) apellati *V.* (15) nil] ni *C.* (18) pisystr. *V.* mendicis *V.* (19) medicare cohegerit *V.*

rit, nisi eorum insolens elegantia, divinum eius ingenium, melle dulcior superfluens oratio et ubique virtus exoptata? Quid Appium Cæcum, cuius et cæci tanta domi forisque pollebat auctoritas, ut domum suam recte videre perfecerit, hinc servos metuere, hinc filios vereri senili coegerit auctoritate? Tantam enim in eo virtus attribuerat. Quid quod Virgilium et Ennium tanta honoris decorarat dignitate, ut eorum alterum in ipsorum sepulcro marmoreo defunctum condi Scipiones constituerint divinum propter eius ingenium, alterum vero rustica stirpe progenitum ad summum Romanæ dignitatis et eloquentiæ culmen provectum esse constet, cantandamque Romanorum historiam ceteris æmulis ademptam habuisse legimus? Quibus ex rebus ipsum quoque bucolico carmine hoc idem testantem videmus:

(1. 2) eius divinum *C.* (2) perfluens *V.* (4) cæci] greci *V.* (4. 5) fori domique *C.* domi florisque *V.* (8) tanta *C.* attribuerit *V.* (9) Quid quia *V.* quamquam *C.* (10) decorat *C.* (12) constituerit *V.* (12. 13) prope *V.* (14) sumum *V.* (17) hyst. ceris *C.* emulis ad emulis ad. *V.* adeptum *C.* adhibuisse *C.*

Ille meas errare boves dum cernis et ipsum
Ludere quae vellem calamo permisit agresti.

Quæ cum ita sint, quis dignis ad sidera vos laudibus sublimes efferat aut digno quisquam veneretur honore, cum inter tam doctos peritissimosque viros doctæ numerandæ videamini? Tanta quibus equidem castitas floret, ut Sulpicia Paterculi filia digna censeretur, quæ inter universas matronas Romanæ pudicitiæ princeps iudicata fuit. Ita et cum singulari propter virtutes vestras ac litterarum studium palma sapientes inter viros digne versari liceret, quemadmodum Veronicæ ob tantam gentis suæ victoriam uni in Olimpica spectacula descendere fas fuisse legimus; et eo magis, quod ob alienas virtutes munus illud eam habuisse constat, vos ob propriam et præcipuam virtutem et doctrinam principatum obtinere certum est.

(1) meos *C.* dum] ut *V.* (2) vollem *V.* (3) syd. *C.* (4. 5) quisque *V.* (8) Sulpitia *V.* Peterculi *C.* (9) patronas *C.* (10) pr. nominata iudica fuit *V.* (11. 12) et singularem . . . palmam *C*, et in singularem . . . palmam *V.* (15) spetacula *V.* (16) ab alien. *V.* (17) eam] causa *V.*

Quapropter plura profecto memorare possem, quæ ad istam collaudandam virtutem attingerent, sed quia sermo noster rudis et imbecillis infansque labenti adhuc vestigio titubat nec pede certo figit humum, scribendi finem instituam, uti ad tantam rem exprimendam et laudandam se viribus imbecillem libret et advertat et alio eloquentiæ et virtutis auctore Cicerone opus esse intelligat. Valete. Ex Ferraria, secundo Kalendas Ianuarias 1437.

(1) *Inde a* Quapropter *GM codicibus quoque uti licebat.* effecto *C.* (2) collocandam *G.* virtutem collaud. *V.* (3) set *V.* (4) inbec. *CM.* aduc *C.* (5) titubabat *V.* (9) autore *G.* (10) Vale *CGM.* feraria *C.* *Pro* secundo *(cuius loco* pridie *scribendum erat) male X legit Sabbadini, Guarino Veronese e il suo epistolario (Salerno,* 1885, p. 18). (10. 11) sec. Kal. Ian. 1437 *omm. CM,* Ex Ferr.—1437 *om. G.*

XVI.

(Veronæ, principio anni 1438.)

Isota Nogarola perito adolescenti Hieronimo Guarino S. P. D.

MULTA sunt in tua epistola abs te sapienter et præclare dicta, quæ cuiusvis animum ad amandam colendamque virtutem facile adducere possunt, idque multis exemplis maiorum nostrorum eleganter graviterque corroboras. Et recte quidem; nam quid est ipsa virtute iocundius? Seneca dicere solebat otium sine litteris mortem esse et vivi

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)* et editio a. 1846 *(E)*.

Titulus in G est: Ysotta &c. Ieronimo perito adolescenti S. p. d. in commendam studiorum. Isotta *EV*. ieronimo C, Hier. Guar.] &c. *M*. (5) sunt *omm. EV*. (8) tollendamque C. (9) atque C. maior. nostr. ex. *E*. (10) coroboras C. (11) est] in *GM*. (12) iucund. *E*. (13) ociosum litteris m. C.

hominis sepulturam. Catonem numquam nisi invitum librum de manibus posuisse constat. Nam quid litteris ipsis præclarius invenire potuerunt maiores nostri? Legimus enim, quantis honoribus virtus ipsa decoretur. Nonne homines, quibus litterarum facultas inerat, tamquam divinos effloruisse cernimus? Reversus ex Sicilia Plato cum ad magnificentissimam illam Olimpiorum celebritatem quasi quemdam orbis terrarum conventum pervenisset, tam lætis cunctorum occursibus exceptus est, ut e cælo deus ad mortales demissus videretur. Socrates dato ei publice veneno in carcere periit; transeunt post tam immane facinus dies non multi, cum scinditur incertum studia in contraria vulgus, seroque sui consilii pœnitens interfectum luget Socratem sanctitate atque omni

(1) hom. esse sep. Cathonem *G*. (2) invictum de man. potuisse const. *C*. de man. librum *E*. (3) inveniri *G*. (4) nostri *om*. *G*. (7) divinis *G*. (8) Rursus *G*. Cicilia *CM*. (8. 9) magnificentiam *CG*. (9) Olimporum *C*. Ol. ludorum celebr. *E*. (10) quoddam *C*. (11) suorum *E*. ocurs. *V*. (12) cœlo *E*, celo *rell*. (13) dimissus *GM*. pubbl. *E*. (14) in carc. veneno *C*. (15) non] vero (?) *M*. cum *om*. *E*, con *V*. (16) sciditur *C*. (17) penitus *C*. (18) omnium *E*, omnis *V*.

virtutis genere venerabilem; publicus mœror inducitur, clausæ officinæ, deserta gymnasia, destituta theatra; fit denique in urbe iustitia, in accusatores impetus agitur, aliis in exilium abeuntibus et salutem fuga capessentibus Melitus ultimo supplicio afficitur, Anitus cum Heracleam se recepisset, ab Heracleensibus magna cum ignominia eiectus, eius bona fisco addita, Socrati ærea statua, Lisippi opus, erecta est. Dii boni, quanta lætitia afficior, cum plurimæ res a te gestæ testentur, quanto labore, cura, studio virtutem hanc arripias, quoniam non illecebris, lasciviis aut corporis iocunditatibus virtus ipsa adipiscitur, quin immo sudorem, ut ait Hesiodus, præ se fert virtus mente deorum.

(1) virtutum *EG*. pubbl. *E*. (2) gimn. *CG*. (3) teatra *C*. (5) in exiliis *G*, in iudicium *E*. saltem fugam *C*. (5. 6) capescentibus *CGM*. (6) Mellitus *EV*. ultimus *C*. suplicio *CV*. (7) eracliam *C*, heracliam *MV*. (8) eracliensibus *C*, heraclientibus *G*, heracliensibus *M*. enectus *V*. (9) aducta *C*, advecta *GM*. aurea *G*, area *M*. (10) lisipi *CG*. erepta *C*. (11) afficier *M*. (12) cura *omm*. *GM*. (13) aripias *C*. quum *EV*. (14) iucund. *EV*. (15) comparetur *E*, comparatur *V*. (15) quin ymo *GM*, quin imo *V*, animo sed *E*. sudore *M*. (16) ysiodus *CGM*. (16. 17) virtus manat quæ m. d. *E*. (17) decoris *GM*.

Est ad eam longus rectusque per ardua callis
Asper, et imprimis ubi ad alta cacumina ventum est,
Mollis adest quae visa fuit durissima quondam,

et Aristoteles philosophiæ princeps circa difficilia arduaque versari existimavit. Genitor namque tuus in hac re optimus testis est, qui probe vestigia maiorum decursus est et qui per tam longa itinera, tam diversas regiones, per varios casus, per tot discrimina rerum eloquentiam persequutus est. Habes namque, studiose adolescens, quem imiteris. Nam si P. Scipio et Qu. Fabius illustrium virorum imaginibus contemplandis se magnopere excitari dicebant, quid tibi evenire debet, cum ipsam vivam effigiem exemplumque intueri liceat? Quibus ex rebus non dubito, quin præclara studia sis suscepturus. Summe deus, quanta nobis istorum

(1) rect.] deserta *E.* (2) et] at *E.* inpr. *CM.* ad] in *CGM.* (4) et] et etiam *C*, sic *GM.* aristotiles *C.* parens *GM.* ph. p. circa] parens esse *C.* (6) reamque tuus *E.* (7) qui—dec. est *om. C.* pr. per maior. vest. cucurrit *E.* (8) tam per l. *G.* (10) prosequutus *E*, persecutus *G.* (11. 12) mitteris *C.* (12) P.] quod *C.* (13) immag. *C*, ymag. *GM.* (14) tibi] enim *G.* (15) effigem *EV* (?). (17) sit *G.*

adolescentium penuria est! Ea enim est in te indoles et certe senilis, ut iam præclarum nescio quid ac singulare incipias præ te ferre; videre enim videor te gloriam tibi, patri laudem, civitati commodum esse adepturum; filium enim te talem præbuisti, ut eo parente dignus videare. Sic Thelamon et Aiax, sic Peleus et Achilles, sic Aeneas et Ascanius, sic Cæsar et Octavianus inter se certamen de præstantia suscepere. Quod cum ita sit, taline donatore parum mihi licet gloriari? Mihi namque verbis tuis allata sunt munera, quæ quantum mihi iocunda fuerint, verbis explicare non valeo. Est enim in eis ingenii tui fructus et studiorum, amor litterarum, verborum dul-

(1) adolescentiam *E*, adolescentum *V*. (1. 2) est mente *C*, in te est *EV*. (2) certe patri similis *E*, certe similis *V*. ut tam *V*. (3) at *GM*. singulari *G*. nupcias *M*. (4) per *E*. offere *V*. offerre, video enim te gl. *E*, ferre. Unde videor te gl. *G*. (5) pari *GM*. civitatem comodum *GM*. (6) si quidem filium te *E*. talem te *C*. (7) eo præsente *E*. (8) Pelleus *C*. (9) Asconius *M*. (10. 11) susceperunt *E*, suscipere *M*. (11) taline] ne *M*. tali me *EV*. (12) parumne *E*, mihi parum *M*. liceat *GM*. nam *G*. (13) quanta *CG*. (14) iucunda *E*. fuerunt *EGV*. (16) et verb. *C*.

cedo, sermonis diluciditas, et quod vehementer probatur, rerum varietas, antiquitatis notitia, exemplorum copia. Quibus ex rebus iam id de te dici potest, quod de Nestore dixit Homerus: cuius ex ore melle dulcior fluit oratio. Plura me dicere ignorantia mea haud sinit, quoniam mihi haud est ingenium divinitus, haud rerum fato prudentia maior; et ne te nugis meis obtundam, finem iam scribendi faciam. Vale, meus enim animus tibi gratias, quantas capere valeat, et agit et habet. Iterum vale. Ex Verona.

(1) sermone *G.* dillucidatas *C*, luciditas *E*, illucidas *G*, illucidans *M*, dilluciditas *V.* (4) iam] tam *EV.* (6) fuit *CG.* (6. 7) ignoratio *C.* (7) haut *M.* sunt *C.* quum *V*, cum *E.* haut mihi *M.* (8) est *omm. EV.* div. datum haud *EV.* aut *GM.* (9) fato *omm. EV*, facto *C.* te] tibi *V.* magis *C.* (11) tibi *om.* *C.* (12) valet *CM.* (13) Ex Ver. *omm. CGM*, ex *om. E.*

XVII.

(Ferrariæ, principio anni 1438.)

Lodovicus Zendrata Zinevræ et Isotæ Nogarolis S. P. D.

Eximia me ac fere incredibilis ad scribendum impulit admiratio, cum quod mihi primum non facile persuadebam, id a fidis nuntiis et auctoritatis hominibus sole certius atque exploratius acceperim; non enim his maxime temporibus feminas istis humani-

Collati sunt: Codex Vindobonensis n. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)*.

Titulus in G: Ludowicus Ysote; *in M:* Ludovicus Isote &c. (3) Cendr. *V.* Zinebræ *C.* Isottæ *EV.* (5) et *CG.* vere *G.* (7) tum quod *G.* pr. mihi *M*, mihi plurimum *C.* (7. 8) facile *om. V.* (8) id facile a f. *V.* nunciis *MV.* (9) autor. *M*, aucutor. *V.* solertius *GM.* (10) implor. *V*, accp. *V.* hijs *CG.* (10. 11) maximis *GM.*

tatis studiis excellentique doctrinæ nulla prorsus ratione operam impendere arbitrabar. Quod cum ita sit, non parum hactenus me opinione mea frustratum fuisse perspicio. Quippe me minime latet, quanta doctrina præceptore Martino viro peritissimo vos ambas cumulatissime decoraveritis, quod hac profecto ætate phœnice rarius extitit, in qua omnium pæne malorum genera, quasi in proprium domicilium pervenerint, tota vi dominantur. Qua ex re mihi eo stupore dignius videtur, quo sola boni animi præstantia inter tot scelerum procellas mentem atque operam litteris bonisque moribus accuratissime adhibueritis. Quocirca vos primo laudatorum genere merito apud Hesiodum sane esse locandas hoc meo iudiciolo, quod tamen hac in re maximum puto, proferre non hæsitabo. Quæ quidem credo, immo vero

(1) excellentieque *G*, excellentisque *V*. (4) me *om.* C. mea op. C. frustatum *V*. percipio *G*. (5) minima *V*. (6) præc. *om.* C. (7) decoramentis &c. *M*, *in quo sicut etiam in G reliqua desunt usque ad* Vestrum igitur erit p. 115, 7. (9) pene omn. C. gratia *V*. (11) ex] de C. re] re quod *V*. (11. 12) dignus vester quo *V*. (12) bona C. (15) vos *om.* *V*. (16) ysiodum C, hisiodum *V*. sane sane C. (18) maxime *V*. (19) exitabo C. imo *V*.

certus sum et vos ipsas lectitasse atque optime percepisse; novi enim, quam divinum feminæ, vosque præsertim, possideatis ingenium. Illum igitur ceteros antecellere iudicat Hesiodus, qui propria animi optimitate se ipsum nullo cogente ad bene beateque vivendi disciplinas incitat et accendit. Quas ob res cum vos hunc in modum præbuisse cognoverim, id nulla quidem potui ratione præterire. Vos itaque, non dicam a me, qui minime cuiusdam ingenii sum quique haud ullum dicendi genus consequor, verum etiam a quolibet summæ auctoritatis iudiciique viro nec minus eloquentissimo scriptis celebrandas et in cælum extollendas esse non dubito. Quem enim adolescentem hac nostra ætatula sponte sua, nullo prorsus stimulo, eo quo vos modo incumbere atque invigilare perspicimus? Profecto neminem. Id ergo non ab re dicere poterimus, quod ab Ennio dictum esse fortasse vos non fugit,

(2) opinione *V.* (5) hysiodus C. animi *om.* C. obtumitate *V.* (6. 7) vivendum *V.* (11) haud] aut C. (13) a quolibet] et a quoque (?) C. (18) nos C. (21) vos fort. C.

Vos etenim, iuvenes, animum geritis muliebrem
Illaque virgo viri.

Nam quos maxime studere oportet, ii nimirum frigent ac somniant et illud summi dedecoris esse existimant. Qua quidem in re non parum decipiuntur, quod vestræ prudentiæ iudicioque relinquo. Quid enim litteris præclarius ac iocundius inventum esse dicemus? Quid honestius? Quid denique utilius? Hæ namque, ut scitis, magnifica mille annorum facinora acutissime et late declarant, varia æque præterea civitatum, urbium regionumque genera docent, ut eadem fere propriis intueremur oculis. Diversarum his gentium mores percipimus, quibus omnibus nostram diligentissime vitam corrigimus et meliores in dies multa legendo prudentioresque sane efficimur. Sed quid hæc apud vos omni virtute præditissimas loquendo prosequor, quasi quæ iam diu vos minime latent, eadem vobis declarare in præsentia

(1) etenim] et *V*. (3) hij *C*. (4) et sompniant *C*. (4. 5) et—exist. *om*. *C*. (5) decoris *V*. (8) ut] at *C*, ac *V*. (14) intueretur *C*. (15) hijs *C*. percimus *C*. (16) corig. *V*. (17) multa] vitam *V*. (18) quod hc *V*. (19) predict. *V*. (21) latet *CV*.

nota quoque reddere coner? Videtisne, o eruditissimæ feminæ, quanta istis ex litteris bona sumpseritis? Nonne istæc vobis doctrina omni gratior thesauro cariorque inest? Credo, immo vero confido, eam vos nulla ampla supellectile, nullo insuper regno mutuaturas. Hæc enim cuncta momentanea et fortunæ sunt sane ludibria, illa autem æterna mentis bona et stabiles thesauros perdurare cernimus. Quæ cum summa ratione intellexistis nominis perpetuitatem observare, in his vero diligenter versamini, quod quidem consilium non laudare et maximis prosequi laudibus non possum. Nulla enim alia ratione insignem maiorum vestrorum nobilitatem et clarissimarum rerum gloriam retinere atque augere posse videbamini nisi sola ceterarum rerum regina virtute. Etenim, ut inquit ille, qui genus suum iactat aliena laudat. Quapropter ut vobis nobile et singulare stirpis genus ac proprium compararetis, ad

(1) conor C. o *om.* V. (3) istaec] is res C. (5) imo V. (6) suppell. C. (7) Nec V. (10) Quem V. (12) hijs non dillig. C. (13) non] nunc V. (15) maiorem nostrorum V. (17) videbani non sola C. (19) alienna V. (20) nobis C. (21) comparetis C.

has alacri animo virtutes tutissimos omnium portus accurristis, ut et vobis solitum favorem attribuerent, qua in re bene voti compotes evasistis. Nulla igitur ætas id vobis digne in posterum obicere poterit, præsertim quod optime maiorum vestrorum hereditati et præstanti patrimonio, id est gloriæ virtutis rerumque gestarum, dedecori fueritis, immo summa cum fide et non mediocri cum laude vos genus vestrum vestris ingenii armis vestraque virtute non parum roborasse atque amplum reddidisse prædicare poterunt. Quæ cum ita sint, si Proba femina eloquentissima, si Sappho Corneliaque Gracorum matre, si Lælia C. Nannaque Qu. Lucretii filia, dicendi viribus insigni, duabusque Muciis totidemque Liciniis, et Ciceronis et Bruti iudicio feminis doctissimis, gloriatur antiquitas, nos vero hac tempe-

(1) has *om.* C. (2) accuristis *CV.* (3) noti C. (5) obiicere *V.* (6) nostr. *V.* (7) matrim. *V.* (8) rerum *V.* (9) imo *V.* medicri *V.* (10) cum *om.* C. (12) redidisse *V.* (14) Sapho *V.* Cornelia quod C. (15) Græcorumque *V.* Lelea C. Mannaque C. (17) d. nuptiis tottidemque Lyciniis *V.* (18) feminis *om.* *V.* (19) gloritur *V.* ha *V.*

state præsentes venturaque posteritas cunctis viribus Zinebram Isotamque clara Nogarola stirpe progenitas feminas eruditissimas in cælum et astra tollemus. Nec minus Verona, Italiæ urbs egregia, maximum ex vobis gloriæ decus se consecutam esse fatebitur. Vestrum igitur erit, ut facitis, divinæ invigilare virtuti nec illorum stultas opiniones expavescere, qui magnum periculum esse aiunt feminas litteris incumbere ac studio. Itaque nihili eorum verba faciatis, obtestor, sed inceptum bono animo opus prosequimini, quod profecto brevi vobis honorem, amicis laudem ac gloriam et amplissimum atque immortale patriæ nostræ decus est allaturum. Valete et ut inchoastis perseverate. Me matri vestræ matronæ integerrimæ et splendidissimo equiti domino Antonio plurimum commendate.

(2) Ginebram C. Isottamque *V.* (4) cellum C. (7) *Inde a* Vestrum *denuo incipiunt GM.* (8) istorum facultas C. (9) quod C. (10) aiunt] autem C. (11) illorum C. nichil verba eorum *G.* (13) br. v. tempore hon. *GM.* (14) ac] et *CM.* (15) inmort. *M.* immemorabile (*in marg.*: alias immortale) C. nostræ *om.* C. vestre patrie *G*, nostre patrie *M.* (16) choastis C. (18) Anthonio *GV.* (19) comm. Vale C.

XVIII.

(Veronae, principio anni 1438.)

Isota Nogarola perito adolescenti Lodovico Zendratae S. P. D.

EPISTOLAM tuam omni virtutis luce fulgentem, quam a te accepi, non admirari non possum, cum in ea fraternam caritatis ac humanitatis plenam voluntatem erga me perspexerim teque studiis optimarum artium disciplinarumque florentem. Quippe peritissimi viri qui hanc legerunt ita iudicarunt et exi-

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)* et editio a. 1846 *(E)*.

Titulus in G: Ysotha Nagarola perito adolescenti Ludowico S. p. d. (3) Isota a Nogarolis *CM.* Ludovico *EV*, Ludowico *M.* (4) Zindr. C. (5) omnis *EV.* (8) in eam C. charit. *EV.* human. et car. C. (9) prospex. *GM.* (11) praestantissimi *E.* (12) qui hanc] quoque ita *GM.* et] atque *GM.*

stimarunt, quidquam nec elegantius nec copiosius dici potuisse, ita est ornata, distincta, perpolita; ex qua re iam tibi non parvam existimationem vendicas. Audio enim multas tuas iam divulgari epistolas, quas et ad optimum genitorem et ad reliquos mittis, qui de te optimos se fuisse vates vident, quoniam te talem virum præstas, ut tua præclara indoles de te polliceri semper visa est. Perge igitur et virtutem tuam ita augeas, ut quibus fuisti et spei et expectationi, sis et admirationi, licet iam non exigua mihi videatur. Martinus enim præceptor noster eruditissimus de te mirabiliter et loquitur et sentit, ceterique non pauci litteratissimi homines admirari videntur plurimum hoc tuum ingenii acumen, quod iam tantos et tam speciosos virtutis et scien-

(1) quicquam *CM*. neque *E*. neque *EV*. (1. 2) n. cop. *omm*. *GM*. (2) ita est enim orn. *G*. onata C. (4) extim. *G*, æstimationem? vind. *E*. (5) enim] nam *E*. iam *om*. *E*. dev. C. (7) se *omm*. *EV*. (8) cum *E*, quum *V*. (8. 9) præstes *E*. (9) indolis *GM*. (10) semper *omm*. *EV*. v. sit *V*. (11) et et sp. *M*. (12) l. ea iam *E*. (15) et *ante* loqu. *omm*. *CGM*. et scencia *M*, et .s. *G*. (17) plurimun *V*. ob *M*, *om*. *G*. tui C. ingenium *GM*. accumen *V*, et ac. *G*. (18) tam] tutos *E*, tantos *V*. et *om*. C.

tiæ flores profert. Qua quidem quid tibi melius atque præstantius comparare potuisses, ignoro. Quamobrem maximas gratias patri tuo agere debes, qui, ut Philippus Macedoniæ rex primas litteras Alexandrum sub Aristotele discere voluit, ita te sub Guarino, viro præstantissimo, erudiri curavit. Tantum enim ei sapientissimi viri tribuunt, ut ignorem an Plato tantum Aristidi tribuerit, qui præteritis cunctis sapientissimis qui Athenis floruerunt eum solum existimatione, laude, admiratione dignum demonstravit. In eo est quædam Græcarum Latinarumque litterarum summa cognitio, isque quasi quoddam Italiæ lumen et sidus existit. Quamobrem lætari debes tibi evenisse, ut apud eum bonis

(1) proferet *EV*, profers *GM*. Qua quidamque melius tibi C. al' re quia tibi *M in marg*. de tibi *M*. (2) potuisse C. (4) Phyl. C. (5) plurimas *V*. allex. *G*. (6) Aristotile C. te voluit sub *V*. (7) viro *omm*. *EV*. erudire C. (8) namque *E*. ei *omm*. *GM*. viri præstantissimi *E*. (9) aristiti *M*. (11) eum] cum *GM*. extimacio *G*, æstimatio? (12) demonstrarit *CV*. (13) græcorum (*om*. Latinarumque) *GM*, latinarum græcarumque *EV*. (14) quasi *om*. *E*. quondam *V*. ytalie *M*. (15) sydus *CGM*. extitit *EV*. (15. 16) lætitari *E*, læctotari *V*. (16) dens C. aput *GM*.

rectisque studiis operam des. Quid enim ingeniolum meum de eius laudibus dicere conatur, cum nec minimam quidem illarum partem assequi posset? Ipse enim magno præconio dignus es. Laudes autem, quas mihi tribuis, eas tamquam calcar ad studium virtutis et honoris esse ducam tibique maximas gratias habeo, et amor tui tantum mihi crescit in horas quantum vere novo viridis se subicit alnus. Vale et, si tardius respondi, desine admirari, quoniam non omnia possumus. Te vero precibus obsecro, ut doctissimo viro Guarino Veronensi me plurimum commendes; imprimis autem te rogo, ut suavissimo et ornatissimo adolescenti, Hieronymo Guarino, plurimam salutem a me dicas ac verbis meis ei amplissimas gratias nunties pro tanto et tam pulcherrimo

(1. 2) Quidnam ing. *E.* (4) partem] per se *EV.* possit *E.* enim *om. G.* (5) est *GM.* Laudibus *M.* si quas *E.* (6) tribuis michi michi eas *GM.* (7) duca *C*, dicam *EV.* (8) habeo] ago *EV.* (9. 10) viridi *M.* (10) almus *C.* tarde *GM.* (14) comendes *M*, commendas *V.* in pr. *G.* te oro *C.* (15) et orn. *om. M.* (16) Ieronimo *CGM.* a] de *EV.* (17) ac] et *C.* (17. 18) gratias] laudes *C.* (18) nuncies *EMV.* pro—p. 120, 11 *omm. GM.* pulcerimo *C.*

eius ad nos munere; qui certe iam eos accepisse calamos videtur, quos seni Ascræo dedere Musæ,

quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.

Et tale suum nobis munus, Lodovice, videtur,

Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo,
Nec calamis solum aequiparat sed voce magistrum.

Vale.

(1) certe *om.* C. (2) calaros C. asyreo C. (6) Ludov. *EV*. (7) vir *E*, vester *V*. (9) salienti s. restringere C. (10) somnum *V*. æquiperat C. (11) Vale, vale C.

XIX.

(Ferrariæ, mense Ianuario vel Februario a. 1438.)

Tobias Burgus clarissimis et celeberrimis virginibus Zenevræ et Isotæ Nogarolis S. P. D.

CONANTEM me antehac sæpenumero pro mea meorumque semper in familiam vestram observantia et reverentia quidquam ad vos scribere, admirandæ virgines, deterruit quædam clarissimi nominis vestri maiestas et ampli-

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Riccardianus nr. 924 *(R)*, Veronensis *(V)*.

Titulus in M hic est: Tobias clarissimis virginibus Isote et Zeneure S. P. D.; *in G hic:* Thobias clarissimis virginibus Ysothe et Zenevre S. p. d. et est totum in laudem et commendam peritie earum in artibus hiis humanitatis. (3) T. B. veronensis clar. *R.* celeberimis *CV.* et celeb. *om. R.* (4) Ginebræ *V.* Isote et Zinebre *CR.* P. *om. R.* D. *om. C.* (5) numero *inductum est in R.* (7. 8) observantiam reverentiamque *R.* (8) quidquid *V.* (9) deterint *R.*

tudo. Cum enim in tantas manus meas perventuras litterulas animadverterem, acutissimum vestrum de me iudicium maxime, fateor, non formidare non poteram, cum gravissima scripta vestra, quæ toto iam orbe vagantur, ingenioli mei vires metirer exiguas. Ceterum cum hoc tempore genus ipsum et præclaram indolem vestram accuratius intuear prudentiamque contempler, attollit me spes quædam benignitatis et humanitatis vestræ, quæ me potissimum ad scribendum intrepidum compulit. Ex eo enim genere oriundas non nescius sum, quod semper humanitate et rerum magnifice gestarum gloria et clarissimorum virorum excellentia floruit et ita floruit, ut per tot ductum heroas antiquæ ab origine gentis celebre adhuc potentissimumque et singulare Italiæ

(1) enim *om.* *C.* (2) adventuras *GM*, perventura *V.* animadvertere *M*, animadvertem *V.* accut. *GRV.* (5) vestra scripta *C.* iam] in *R.* (6) ingenioli que mei iam vires *R.* (8) acuratibus *R.* (9) complector *G*, contemplor *M.* attolit *C*, atollit *M.* (10) spem *R.* humilitatis *G.* hum. et benign. *M.* (12) intrepidum *om.* *R.* enim vos gen. *GV.* (13) oriundas] originem eduxisse *R.* (15) excelentia *R.* (16) et ita floruit *omm.* *CR.* (17) antiqua *MR.* (18) potentissimum *M.* ytal. *M.*

nostræ monile vigeat. Accedit præterea ipsorum studiorum vestrorum genus, quæ humanitatis nomen non immerito sibi vendicarunt. In quibus cum quotidie versemini tamquam in amœnissimo diversorio, quidnam est quod ad vos scribere perhorrescam? Quippe etsi non multum in his profecerimus, et nos tamen ferulæ manum subduximus, ut Satirus diceret. Vos quantum in ipsis profeceritis, cum plurimorum et quidem doctissimorum virorum, tum vero gravissimi viri et summi oratoris Guarini præceptoris nostri testatur iudicium, testantur ipsa scripta vestra, quæ tanto vocabulorum ornatu, tanto sententiarum concentu et Romanæ linguæ proprietate redundant, ut facile possint omni cum antiquitate certare. Nam

(1) vestræ *V.* accidit propria *R.* (2) vestr. stud. *R.* (3) non] sibi *V.* inm. *M.* sibi *om. V.* (4) quottidie *GV*, cottidie *M.* (5) tanqu. *R.* (5. 6) quidn.] quid *GV*, quit *M.* (6) que adueis scr. *R.* (7) hijs *CG.* proferrimus *C*, profeter. *V.* (8) subdussimus *R*, subducimus *V.* (9) ne ut iuvenalis sat. dicit *R.* satyrus *M.* dicet *V.* (10) his *R.* profectoritis *C*, proficeritis *V.* tum *GM.* (10. 11) quidam *C*, tamen *M.* (13) testatur *V.* (15) contentu *CMR*, contextu *G.* (17) cum omni *V.*

quid de historiarum notitia dicam? Habeo nunc in manibus plurimas utriusque vestrum epistolas, quas cum lego, nil Romanum, nil antiquum, nil singulare aut memoria dignum a vobis alienum offendo. Adeo plene, adeo abundanter, adeo graviter scribitis, ut non nisi summum ingenium, pinguem doctrinam et expolitam quandam peritiam in vobis apprime vigere nemo sanus iret infitias. O insignem nostri temporis gloriam! O peculiare nostræ urbis ornamentum! O clarissimum nostræ et futuræ ætatis speculum! Veniet enim tempus, cum nos felices posteritas appellabit, quibus tam claras, tam peritas, tam facundas virgines intueri licuit. O quale et quantum Veronæ laudis fomentum et augmentum futuras vos auguror! Cum enim, si quando (quod sæpe

(1) hystor. *CM*. (1. 2) noticia nunc habeo dicam in m. *G*. (2) in manibus *om*. *R*. utrius *C*. (3) epistolas *om*. *R*. nihil (nichil) rom. nihil (nichil) *GMR*. (4. 5) al. a nobis *V*. a v. al. *om*. *R*. (5) offerendo *G*. plane *R*. habund. *CMR*. (6) scrib. grav. *R*. sumum *V*. (7) pinguemque *C*. expeditam *R*. (8) in vos *V*. (9) reor inficiat *G*, iret in inf. *R*. nostris *G*. (10) corporis R. peculare *C*. (13) vos *CGV*. post. fel. *GM*. apellabit *V*. quibus] qui *R*. (14) tam preclaras *R*. tan *C*. tam peritas *om*. *R*. peritas] felices *GM*. fecundas *M*, facondas *R*. (15) quantum et quale *M*. (17) augures *G*. quod] qui *R*.

evenit) inter civitates de fama, de dignitate, de gloria orietur contentio, cum antea Catullum, utrumque Plinium, Angelam amitam vestram Guarinumque maxime inter huius civitatis decora enumerare consuevimus, vos nunc in gloriæ tantæ maiorem partem acceditis, vos nunc certatim laudibus in cælum extollemus. Nec id immerito quidem, quippe si tot tantisque laudibus Lascheniam et Axiotheam philosophantis Græcia prosecuta est, si Aethiopes Nicaulam, si Romani Porciam, Iuliam, Corneliam ea tempestate, qua maxime huiuscemodi studia florebant, admirati sunt, quod de vobis iudicium facturi sumus? Nonne et vos maiorem in modum gloriari fas est, clarissimæ virgines? Nonne

(1) de *ante* dign. *om. M.* dignatione *R.* (2) oriretur *R.* cum antea *om. C.* anna *R.* (2. 3) catulum *R.* (3) utrimque *M.* plurimum *G*, plurimi *R.* amitam *G solus*, aviam *cett.* (3. 4) vestr. av. *R.* (4) maxima *G.* (5. 6) vos noster in tante gl. *R.* (6.7) accedetis *CV.* (7) nunc] autem *G*, *om. V.* in c. *om. C.* (8) inmer. *M*, iuramento *R.* (9) lacheniam *C*, lasciviam *G*, lasceniam *M.* (9. 10) axotheam *C*, uxotiua *G*, uxetiam *M*, anxietam *R.* (10) phyl. *C*, philosophantes *R.* genera *M.* secuta *C*, prosecutus *M*, prosequuta *R.* (11) incaulam *G*, nichaulam *R.* romam in *C.* pontiam *G*, ponciam*M*, portiam *R.* (13) udiam corn. *V.* (14) de] et *V.* (15. 16) Nonne—virgines *omm. CGM.* (15) nos *R.* (16) Non me *G.*

de vobis admirari licet, quæ in hac temporum, ut ita dixerim, fæce tam erudite, tam expolite tamque eloquentes evaseritis, ut omnem illam pristinam eloquentiam et dicenti artem, quæ longa desuetudine et temporum tractu tabuerat et declinata penitus erat, in vobis vigere et reviviscere intelligamus. Carmentis quidem, Pallantis Virgiliani mater, ut ab antiquissimis auctoribus accepimus, quod complures alphabeti nostri figuras prima invenit, inter Latinas deas connumerata est; sed quo digno vos nomine appellabimus, quæ non alphabeti litteras, sed Latini sermonis et Romani eloquii, quod antea raris hominibus, nullis vero mulieribus familiare fuit, conservatrices et restauratri-

(1) de verbis *R.* (2) fecere *C,* fece *GV,* fere *MR.* am erudite *R.* (3) tamquam *C,* tanquam *R.* eloquentia *G,* elloquentes *R,* elloquenter *V.* evaseritur *R.* (4) elloquentiam *V.* (5) arte *V.* (6) tractus et distincta et declinata *R.* titubaverat *G,* tribuerat *M.* delinita *V.* (7) reminiscere *C.* rev. penitus intelligimus *R.* (8.9) virgiliam *C.* (9) ut] nostri *G.* autoribus *G.* (10) quia *V.* plures *R,* cum plures *cett.* alphati *(om.* nostri) *G.* alph. litteras nostras inv. *R (om.* prima). (12) sed] sic *GM.* quo vos digno *G.* (13) qua *M.* alphati *G.* set *V.* (14) elloquii *R.*

ces extitistis? Nonne vos, modo id Christiana fides patiatur, deas appellabimus, venerabimur et colemus?

Reliquum esset nunc, clarissimæ virgines, de nuptiis novellis me vobis gratulari, quod tamen in præsentia omittam, tum quod in carmine meo perstrinxi, tum vero ne delicatissimas aures vestras nimia loquacitate obtundam. In aliud igitur et aptius tempus differemus. Sed antea quam dicendi finem faciam, vos maiorem in modum oro, ut solita humanitate vestra hæc qualiacumque carmina læto animo suscipiatis.

Quodsi iudicio fuerint laudata benigno,
  Mordeat haec quantum quisque poeta velit.

Ea in his feci Lichiam pastorem enumerare, quæ quilibet peritus de vobis hoc

(1) existitis *G*, extitisses *V*. id *om.* *C*. Crist. *R*. (2) patitur *C*. (3) collemus *CR*. (5) quod] que *R*. (6) presenti *M*. quia *V*. (7) me *GM*. prestrinxi *G*, prostrinxi *R*, perstrixi *V*. cum *R*. (9) aptus *R*. (10) deffer. *C*. set *V*. antequam *R*. (11) immodum *R*. (12) qualicumque *C*. (14) Etsi *C*. iudico *M*. iud. vestro laudata fuerint b. *R*. benigne *G*. (15) mordear *CGM*. quisque poste vellit *R* (16) in his] nihil *R*. hijs *CG*. lischiam *V*. *Num* Lyciam *scribendum?* (16.17) enumerari *GM*, enarrare *V*. (17) de vobis *om.* *R*.

tempore sentit, nisi is invidus est. Valete, Italiæ decus, et ut promptior et doctior vestrarum laudum tubicen sim, vos oratas velim, et ad me quidquam scribere non dedignemini, ut dum in peregrinas terras proficiscar, admirandæ doctrinæ vestræ testimonium valeam perhibere. Valete iterum, Italarum gloria rerum atque Nogarolæ decus indelebile gentis.

(2) ytal. *M.* ut *om. R.* (3) laudem *R.* tubicem *R.* tubicinem *V.* (4) vellim *R.* quicquam *MV*, quodque *R.* quicquam ad me *V.* non *om. G.* (5) dignemini *G.* (8) ytalorum *GM*, itallarum *R.* rerum] &c. *R*, *om. C.* nagarole *G.* (9) indelenibile *G*, incredibile *R.*

XIX.

(Veronæ, mense Ianuario vel Februario a. 1438.)

Isota Nogarola doctissimo viro Tobiæ Burgo S. P. D.

Vereor ne parum tibi in amicitia respondere videar ex hac mea tarditate scribendi. Eam, quæso, suspitionem, si quam forte cepisti, animo tuo erade, quando id egi neque tui oblivione (quoniam memoriam tuam unice

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Riccardianus nr. 924 *(R)*, Veronensis *(V)* et editio a. 1846 *(E)*.

Titulus in G est: Ysota Nagarola doctissimo viro Thobie S. p. d. et est in efficaçiam et commendam eloquentie et pluris tersior venustiorque sue ipsius est ante posita Ia. Foscario. (3) Isotta *E.* Thobie *R.* T. de B. *C.* Burgo *om. M.* (4) P. D. *om. R*, D. *om. C.* (6) resp.] tandem *EV.* (7) Eam] iam *GM.* (8) suspicionem *G.* cæp. *E.* (8. 9) cep. modo tuo corde er. *GM.* (9) trade *E*, errade *R.* Quoniam *E*, cum *R.* (10) quum *V.*

observvo) neque quod penitus mihi ipsi diffiderem. Tui itaque in me amoris exhortatione invitata ipsum respondendi munus pro muliebri mea subire statui nec me labor iste gravabit, quo res cumque cadat, etsi cognoscam Pythagoreum istud contra me constitutum, quo iubet discipulos suos non minus quam biennium tacere initio, ne, quod turpe est, falli, errare, decipi viderentur, vel quod non satis explorate percepissent pertinacius ipsi defenderent. Isocrates quoque adiurat discipulos antequam doceat et extorquet iuramento silentium. Sed carminum tuorum suavitate ac dulcedine pellecta, quod contra decorum muliebre est, tacere

(1) n. quod mei ipsa penitus d. *E.* (2) in me *om.* *R.* (2.3) exort. *C.* (3) imutata *C.* ipsim *R.* (3. 4) munus licet muliebri stilo sub. *R.* (4) mea facultate sub. *E.* nec mea *V.* (5) quocunque res cadat *G.* cadant *C*, cadent *EV.* (6) pithagoreum *C*, pytagoreum *EV*, pitagoreum *GM*, pithagoricam *R.* illud *CR*, id *G.* istud præceptum contra *E.* (8) quam biennium *om.* *G.* bienium *CRV*, byennium *M.* nuncio *M.* nec *R.* (9) quid *CM.* turpe *om.* *G.* errare aut dec. *E.* (10) vel] neve *E.* percipissent *R.* (11) pertinatius *M*, pertinantius *R.* diffiderent *R.* ysocrates *G*, isocratas *V.* (12) adiuvat *ER.* (13) et *om.* *C.* scilent. *C.* set *V.* (14) et *C.* ac dulc. *omm.* *GM.* (15) contra] in *GM.* decus *E.* mulibre *C.*

ipsa non possum. Quo factum est, ut nulla amplius admiratione afficiar, si magnum illum Alexandrum et ad iram et ad bellum sæpissime, adeo ut arma sumeret, impellere eundemque sedare, ad quietem pacemque revocare carmina ipsa potuerunt. Nam quod a Cicerone dictum est, id verissimum esse affirmo, qui a summis viris eruditissimisque accepisse se dicit ceterarum rerum studia et doctrina et præceptis et arte constare, poetam natura ipsa valere et mentis iure excitari et quasi divino quodam spiritu inflari. Quare iure suo noster ille Ennius poetas sanctos appellat, quod quasi deorum aliquo dono ac munere commendati nobis esse videantur. Fingant igitur fabulæ aut poetæ ipsi fontem quemdam esse, quo senes

(1) nulla] non *R.* (2) magnum] inquam *G.* (3) illum *om. R.* allex. *G.* ad *ante* bellum *om. C.* (5) eumdem quod sectare *R.* (6) potuerint *GM.* (7) Catone *E.* (8) quod a *E.* eruditissimis *G.* (9) se accepisse *M.* se *om. R.* dicat *GM.* cæter. *E.* (10) ut perceptis *R.* (11) valere *om. G.* et viris mente *R.* (12) eprocitari *C.* exc. quia et div. *E.* quodam *om. R.* (12. 13) inflare *CMV*, inflammari *ER.* (13) Emnius *C*, Simius *EV*, Enius *R.* (14) quid *C.* quia *E.* (15) alio *R.* comend. *RV.* vobis *C.* (16) fingunt *GM.* igitur] enim (?) *R.* (17) quendam *R.* senes *om. C.*

demersi novam ætatem recipiant, aliisque ubinam gentium reperiatur, investigare sit cura, mihi vero tu nunc carminibus tuis optatissimi huius fontis latices superfudisti, ut mei penitus oblita, quæ de me finxisti, vera esse mihi quodam modo somniaverim. Recte igitur facis, qui prudentiam et iuris scientiam dicendi suavitate et eloquentia ornare contendis, quæ omnium virtutum inventrix est, inceptrix et perfectrix. Et, ut testis est Cicero, eloquentia in omni libero populo, in omni re publica bonis moribus instituta maximo semper in honore habita est. Age vero, quod in agendis causis reisque defendendis operam navas, quanto tibi usui et honori futura sit, historiæ testantur. Et illud

(1) dimersi *CGM*, dimensi *R*. incipiant sive recipiant *C*. aliis *EV*. (2) repiatur *M*. sat *GM*. (3. 4) optatissimis *E*. (4) illius *R*. latice *GM*. profudisti *R*. (5) quam *R*. (6) quemadmodum *R*. sompn. *CMR*, somniaverim vel somnuerim *G*. (7) qui] cum *E*. viris *R*. (8) suavitatem et eloquentiam *E*. elloq. *R*. (12) rep. et bonis *M*. bonis] abortis *G*. (14) vero ut qui *R*. qui *GMR*. (14. 15) deffend. *R*. (15) operam *om*. *C*. sibi *V*. ac *GM*. (16) honore *C*, honoris *V*. ea fut. *E*. future sint *R*. hyst. *R*. testentur *GM*.

imprimis ferunt Cæsarem animatum fuisse, ut Qu. Ligarium pro condemnato haberet, et cum Cicero defensurus veniret, dixisse ad amicos: reum quidem damnari certissimum est, nihil tamen prohibet Ciceronem audire; dicente itaque Cicerone prudentissima atque artificiosissima eius oratio tam varie animum mentemque affecit, ut sæpe vultum coloremque mutaret ipsumque extra se positum quasi mente alienatum redderet, adeo ut toto corpore excusso libellos quos manu tenebat abiceret. Missi quoque a Mario et Cinna

(1) inpr. *MR.* Cæsarem *om. V.* armatum *G*, ornatum *M (sed in marg.:* animatum), animatus *R.* esse *R.* (1—6) Cæsarem cum Ligarium damnatum vellet, et Cicero defensurus veniret, devictum fuisse, licet ad amicos dixisset reum damnari certissimum esse. Nihil id prohibet Ciceronem, ipso itaque dicente prudent. *E.* (2) Qu.] et *R.* ligurium *GM*, ligarius *R.* condempnato *CM*, comendato *R*, cumdemnato *V.* (3) defensus *M*, deff. *R.* (4) dampnari *CMV*, dapnari *R*, *om. G.* (5) audies *C*, *om. V.* (6) Cicero *C.* (6. 7) atque] et *C.* (7) artificioxissima *R.* varia *E*, varc *V.* (8) affert *M*, afficeret *R.* multum *C.* (9) mutarem *R.* ipsum *GM*, ipsimque *R.* extra] quasi extra *V.* (10) quasi] et *E.* alienatum] aut renatum *G.* (11) t. tempore *GM.* excuso *RV.* libello *M.* (11.12) quos in manu habebat *R.* (12) abiiceret *ER*, abiecerat *GM.* Missis *R.* missi quoque cumario et cuma *C.* Cinna] A. *G.*

sævissimis ducibus ad Marcum Antonium obtruncandum sermone eius stupefacti strictos iam et vibratos gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt. Pisistratum dicendo tantum valuisse ferunt, ut ei Athenienses regium imperium oratione capti permitterent, cum præsertim ex contraria parte amantissimus patriæ Solon niteretur. Sed alterius salubriores erant contentiones, alterius disertiores, quo evenit, ut alioquin prudentissima civitas libertati servitutem præferret. Unde bene dicere solebat Euripides: omnia conficit oratio quæ hostile ferrum conficere non potest. Pacis est enim otiique socia et

(1) suaviss. *C.* d. sicarii ad *E.* Marchum *R.* anth. *G.* (2) stupefacto *M.* (3) cruores *R.* (4) reddiderint *G.* Phisitratum *G.* dando *R.* (4. 5) tantum] tam *EV* (?). (5) voluisse *R.* regum *C*, regnum *R.* (6) promiserint *E*, permittent *V.* (7. 8) præs. amant. p. S. ex contr. p. *R.* (8) Salon *C*, Solo *GM.* obijceretur *E*, intelligeretur *G*, obniteretur? (9) erant] erant item *G*, *om.* *R.* contemptiones *C.* (9. 10) desertiones *C*, dissertationes *EV*, destructiores *G*, dissertiores *M*, discretiores *R.* (10) advenit *C.* aliquando *R.* (11) libertatem servituti *C.* anteferret *R*, perferret *V.* (12) bene] recte *E.* euripedes *G.* (13) quod *R.* verbum *G.* (14) Pars est enim otiique nobilis socia, quia et *E.*

bene constitutæ civitatis quasi alumna quædam eloquentia. Sed quorsum hæc? Ut intelligas, quod per te facis et recte te facere et te ab omnibus commendari. Carmina vero ipsa tua atque hanc scribendi amœnitatem usque adeo probo, ut inter Nasones, Theocritos, Virgilios existimem collocandum; hi enim commendatissime ornatissimeque bucolicam scripsisse putantur. Quod vero me tantopere laudas carminibus tuis, fateor idem mihi quod Themistocli evenire; sed non ego credula illis, te vero nequaquam esse adulatum intelligo, sed benivolentia mei deceptum. Vale et quotidie scribere aliquid, ut facis, dignum amore et Musis ne cesses; gloria quippe agendo pe-

(1) civitati *G.* quasi *om. E.* alumpna *CM*, alupna *R.* (2) elloq. *R.* (4) te *om. E.* omn. merito com. *GM.* comend. *RV.* (5) vero] quoque *C.* tua ipsa *R.* (7) theothricos *M*, theorchistos *R.* vergilios *C*, virgolios *G.* (8) hij *CR.* nam *E.* comend. *R.* (8. 9) commendatissimeque ornatissime *GM.* (9) boccolicam *C*, buccolicani *R.* putant *E.* (10) Quid *C.* tanto opere *C.* laudas *om. R.* (11) quid *C.* temist. *CR*, themistodi *GM.* (12) ergo cr. *GM.* (13) esse int. adul. *CR*, intell. esse adul. *GM.* (14) me *M.* quottidie *GMRV.* (15) scribe *E.* factis *C.*

riclitandoque acquiritur, et, ut ait ille, nec spectantibus coronæ, sed certantibus parantur. Iterum vale.

(1) nec] non *E*. (2) spectanti *G*. set *V*. certanti *G*. dantur *R*.

XXI.

(Venetiis, Calendis Martiis a. 1438.)

Antonius Cassarius Siciliensis eloquentissimæ atque ornatissimæ virgini Isotæ Nogarolæ Sal. Plur. Dicit.

PROXIMIS diebus, Isota doctissima, cum e Græcia rediens navigassem et essem primum Venetias advectus, cupido mihi et ea certe quam maxima incesserat, ut non solum eos viserem quos vetere benivolentia coniunctos habueram, sed si quos etiam illic doctos

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)*.

Antonius Cassarius Siciliensis eloquentissimis ac ornatissimis virginibus Zinebre et Isote p. d. s. *est titulus in C*, Anthonius Cassarius Siciliensis Ysothe virgini doctissimi ac ornatissime s. p. d. *in G*, Antonius Cassarius Siciliensis Isote virgini doctiss. ac proximis ornatis S. D. P. *in M*. (4) Isottæ *V*. (6) Ysotha *G*, Isotta *V*. (7) gretia *M*. reddiens *V*. (8) primo *GM*. (9) adductus *V*. (10) incusserat *M*. (11) utere *C*, veteri *G*, voti *M*. (12) set *GV*. si etiam quos doctos illic *V*.

audivissem, studio ut illos omni convenirem. Sed cum desiderio huic meo aliquando factum satis esset et quos cupieram conventos habuissem, mentio nobis inter loquendum de his suborta est, qui essent hac ætate studio litterarum clarissimi. In quos cum sermo noster sæpiuscule caderet, ita tui nominis fama percrebuit, cum mihi ingenii tui copiam et eruditionem etiam nonnulli prædicarent, ut miraculum pæne subiret, si aut vera forent, aut non illi potius ad gratiam loquerentur. Accedebat ad hoc quod cum huic sexui et ætati omnes faveant, invideat nemo, magis adductus sum ut supra fidem quæ de te illi commemorarent putarem; fit namque, ut quam viris laudem perraram cognoscam, puellæ ut eam difficilius concedam. Sed cum tandem ex his qui aderant unus ex epistolis tuis quasdam legen-

(1) omnino *M*. (3) satis factum *GM*. ut *V*. (5) hiis *CG*. essent *om*. *V*. (6) l. doctissimi clarissimique *G*. (8) prebuit *C*. (9) etiam] esse *C*. (10) si] sed *M*. (11) haud vera? non *ex* nos *M*, *om*. *G*. (12) quia *V*. (13) huic *om*. *C*. (15) illi de te *G*. commorarent *GV*. (16) ut *om*. *G*. (16. 17) percaram *G*. (18) hiis *CG*.

das mihi tradidisset — fuerant etiam cum illis aliorum alligatæ nonnullæ — et uno quasi aspectu pervolassem, sic mihi et ingenii tui copia et orationis cum color cum dignitas sese et ostendit et aperuit, ut res ipsa longe opinionem et famam anteiret et quæ viderentur quam quæ auditu ceperam multo essent digniora. Erat enim oratio non fracta, non accersita, sed integra et pura et qualis ab eo qui non anxie loquatur spectari debeat; tantam etiam facilitatem præ se ferebat, ut vix tam multa ab his qui multum ætate progressi forent et percipi et teneri posse crederem. Sed cum orationis genus maxime probarem et tuo item gratularer ingenio, quod mihi aut oneris aut molestiæ conciverim, sane dici non potest. Nam

(1) tradidisse *C.* (1. 2) fuerant et illis alliorum *V.* (3) respectu *V.* pervolassent *C.* sit *M.* et *om. V.* (4) or. concolor c. d. *G.* (5) sese sic ost. *V.* apperuit *C.* (6. 7) vid. quaque aud. *C.* (7) perceperam *GM.* (9) set *GV.* (10. 11) debebat, t. et fac. *C.* (11. 12) ferebant ut uxta m. *GM.* (12) hiis *CG.* multum] nichil *CM*, nihil *G.* (15) maxima *M.* (16) quid *C.* honeris *V.* et *G.* (17) conaverim *C*, concinerim *M*, contiuerim *V.* dici sane dici *M*, dici sane *V.*

cum honorificam de te mentionem haberem, rogant nonnulli vel omnes potius, ut aliquid ad te mearum darem. Et dum non adeo quod aliquid mihi adesse crederent quam si litteris te meis ad scribendum commoverent contendunt, Ciclopem, ut aiunt, ad saltandum aut testudinem ad cursum vocant. Quod cum facturum sæpius denegassem, quia impar sane ad certamen eiusmodi descendissem, illorum preces vel dissimulabam vel promissione animi fallebam. Cum tandem quamplusculis diebus frustra a me si iri vident, amicum admovent, cui me omnia et pudorem etiam debere intelligebant. Is autem, qui tantum amori nostro tribueret, ut facile id mihi esse crederet, amicis obsequi dum postulat, quanto cervicem meam onere gravaret præ multitudine amoris non

(3) cum *V.* (4) quidem al. *V.* michi *C.* deesse *V.* (6) Cicoplem *G.* (7) testitudinem *om. M.* (8) futurum *C.* (9) quare *V.* huiusmodi *G.* (10) descendiscem *V.* eorum *C.* (11) animum *MV.* (12) quasi pl. *V.* (13) admonent *M.* (14) habere *G.* intelligebat *V.* (15) tantam *M.* (16) facille *V.* michi *C.* mihi id *GM.* (16. 17) obsequium post. *M.* (18) honere *V.*

vidit. Ego vero cum viderem in hoc non solum ingenii mei a te facile doctissima, quam ab amicissimo de meo amore periculum fieri, in difficultatem adductus sum, si id suspicaretur, ne me tam non posse quam nolle sibi obsequi putaret. Et cum hinc pudor, illinc amor in suspicionem vocaretur, utro potius consulendum esset, nesciebam. Nam et amico denegare aliquid non licuerat, et ei præsertim cui (ut dixi) omnia debuissem; obsequi autem neque honestum neque perfacile, si ego, non qui fratri tuo, sed qui notus tibi non essem, litteris te voluissem vel adire vel pulsare. Quod certe nescio quonam pacto possit aut impudentiæ aut inconsiderationis non esse. Sed esto id quam honestissime, ei scilicet quæ doctissima sit litteras aliorum intempestivas non videri. Quam tamen difficillimum hoc sit,

(1) vero] autem *V.* (3) amicis *GM.* me *GV*, *omm. CM.* (4) dific. aductus *C.* sim *M.* et si id *M.* (5) ne ne me *C.* tantum *G.* posse] obsequi *V.* (8) utrum *G*, ultro *V.* esse *V.* (10) omnia ut dixi *V.* (12) perfacilem *V.* (13) set *GV.* natus *V.* (14) vel *om. G.* audire *CM.* (16) consideracionis *GM.* (18) litterarum *CM*, literarum *G.* aliarum *G.* intempestinas *CM.* (19) difficile *GM*, facillimum *V.*

quæso, animadverte. Orant, qui me ad hoc coegerunt, ut ingenio tuo quæ tantum adsecuta sis gratuler et animi tui præstantiam laudem. Ego autem cum aliquorum et eorum qui clari essent litteras ad te datas perlegerem, et eius præsertim, qui manum ferulæ se dicat subduxisse et qui a poetica etiam non abhorreat, quanto meæ quam illius partes inferiores sint, sane non sum nescius, cum dicere illud de me non possim. Alius autem ætatis nostræ facile princeps tantum tibi gratulatur tantusque in tuis prosequendis est laudibus, ut non modo et ingenii et animi tui admirator et laudator accedit, sed ita mulierum omnem sexum per te honestat, ut Musas etiam in illius honorem feminas velit. Quod cum copiose faciat, quis mihi post illum reliquus esse locus possit, non

(1) qui *omm. CGM.* (2) coegerunt *om. V.* (2. 3) assecuta *GM.* (3) præstanti *ex* præstantissimam *M.* (4) aut C. tum *G.* (5. 6) perlegerim *GM.* (7) se] si *V.* (8) adhorreat *V.* me *C.* (9) sint sint sane *C.* (10) de te *C, omm. GM.* possem *GM,* possum *V.* (11) tantumque *GM.* (12) in tuis] intus *C.* prosequendus *GV,* persequendus *CM.* (13) et *om. V.* (14) et animi *omm. GV.* (15) mulierem *V.* par te *C.* (16) ut M. et etiam *C.* (18) locus esse *G.*

video, nisi velim aut virtutes aut artes omnes ingenuas itidem in tuas laudes adducere, quæ eundem tecum, si habent, sortitæ sunt sexum. Sed non tantum mihi adesse intelligo, ut aliquid præterea dici a me possit, quod illis et perspectum et cognitum non putem. At si fieri, quod difficile sane est, non posse crederem, non is essem qui tribui hoc mihi postularem. Quare, Isota doctissima, seculi huius ornamentum et specimen, si minus commode tecum actum existimaveris, quia hæc ad te scripserim, cum illis expostulatum eas potius, qui me ad hoc reluctantem subegerunt, apud quem plus amicitiæ ratio valuit quam pudoris. Et ne fingi hæc a me fortasse crederes, virum primarium Iohannem Cornarium doctissimum tuique etiam admiratorem vadem ego tibi

(3) si tecum *V.* secum *M.* (3. 4) quæ—sexum *om.* *C.* (4) adesse mihi *V.* (5) aliquid] antequam *C*, aliud *G.* a me dici *G.* (7) Aut *V.* dificile *C.* (7. 8) est sane *V.* (8) non *omm.* *CM.* non hiis *C.* (9) Isota *C*, Ysotha *G*, Ysota *M.* (11) comode *GM.* tecum *om.* *V.* (12) quare *V.* hoc *GM.* (13) ea *V.* potuit *GM.* que *GV.* (14) reluctamen *V.* subegerim *G*, coegerunt? aput *GM.* quam *CM.* (15) Et me *M.* (16) hoc *V.* fortasse hec a me *G.* (18) aduiracionem varium *G.* *ad* vadem *M in marg.:* aliter vadum *habet.*

pro me sistam, cui si litterarias expostulationes detuleris, nescio quid facere possis iocundius. Si vero laudes tuas, ut illi voluerant, non attigi, utra de hoc in parte voles, conquiescito: vel occupationibus illud meis assignato, qui externis studiis intentus domestica velut hospes pertracto, vel illorum diligentiam admirare, qui cum hæc tamquam primi occupassent, adeo auctoritatem, addo etiam et caritatem sunt prosecuti, ut nihil reliquiarum ceteris servaverint. Si vero, quod pudoris mei iactura amicis obsecutus sim, officium meum aut pietatem probaveris — nam ingenii et litterarum, quæ a me abest, laudem non quæro — gratius certe nihil fuerit. Quid enim potest esse maius quam factum hoc meum vel a te, quæ probissima sis, probari et, quæ doctissima, etiam laudari.

(1) si ego litteras *C*, sit literarius *G*, sit litterauas *M*. (2) posset *M*. (4) attingi *G*. utraque *C*. (5) conquescito *V*. id meis *CG*. (6) que *C*. interitus *V*. (7) velud *G*. protracto *V*. (8) admirari *G*. hec cum *G* (cum *add. m.* 2). (9) auctoritate *CV*, autem *GM*. (10) adeo *CGM*. persequuti *C*, persecuti *M*. (11) nichil *C*, nisi *V*. reliquiorum *M*, reliquarum *V*. servaverunt *CG*(?). (12) obsequtus *G*. (13) pietate *codd.* (15) nichil *C*, nisi *V*.

Vale et tunc a te hæc probari intellexero, cum item ut ego his qui litteras tuas expectant non defueris. Ex domo Cornaria, Kal. Martias.

(1) hoc *V*, hc *C*, *om.* *G*. (2) item] illis *G*, illis item *M*. et *C*, *omm.* *GM*. (3. 4) Ex—Martias *om.* *G*. Va (*i. e.* Vale?) *add.* *M*.

XXII.

(Veronæ, die XXIX. mensis Martii a. 1438.)

Isota Nogarola reverendissimo in Christo patri ac domino domino Iuliano Cardinali S. P. D.

SI ELOQUENTIÆ principem Ciceronem legimus quotiens veniret ad dicendum magno cum metu semper dicere incepisse, quia totiens in iudicium sibi venire videbatur non ingenii solum sed et virtutis et officii, ne aut profiteri videretur quod non posset implere (quod est impru-

Collati sunt: Codex Ambrosianus *(A)*, Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Riccardianus nr. 407 *(F)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)*.

Titulus in F: Isota Cardinali Sancti Angeli; *in G:* Ysotha reverendo in Christo patri ac domino Iuliano Cardinali. Epistola ornatissima in stilo et sermone. (3) Issotta *V.* Nogarola *om. M.* (4) ac *om. A.* S. D. pl. *A.* (5. 6) leg. Cic. *G.* (6) quotiens *om. G.* (8) dicere *omm. GM.* inc. dic. *A.* (8. 9) sibi in iud. ven. *F,* in iud. venire sibi *CGM.* (9) set *V.* (11) possit *F.* (11—p. 147, 1) quod est—posset *om. C.* est *om. F.* impud. *G.*

dentiæ) aut id non efficere, quod posset (quod est perfidiæ aut negligentiæ); minime mirum est, pater reverendissime, si ipsa verear dirusque currat per ossa tremor, et eo magis, cum cogitem me feminam natam esse, quæ verba frangam potius quam proloquar, et ad te potissimum scribam, cuius tanta est eloquentia, dicendi vis atque suavitas, ut merito de te dicatur quod de Nestore Homerus ait: tuo ex ore melle dulcior fluit oratio, tantaque pontificii et humani iuris scientia polleas. Verum humanitate tua invitata ipsum hoc scribendi munus pro muliebri mea subire statui maluique errare, labi, quam voluntati tuæ ac præceptis non morem gerere,

(1) possit *F.* (2) est *om. F.* aut] et *C,* ac *GM.* (3. 4) venerat duriusque *F.* (4) curat C. per *omm. CGM.* et eo] ut ego *F.* (5) me] ne *F.* nata *V.* (6) verba *om. F.* frangar *G.* (7) tanta *om. F.* est tanta *A.* (8) vis] me *F.* (9) quod ne N. *F.* (9. 10) ait Homerus C. (10) mele *AF.* fluat *CGMV.* oratio *om.* C. (11) t. et humani pontificii ac divini iuris *A,* t. et humano pontificii et humani iuris *F,* t. p. atque humana uris *V.* (12) poleas *ACF.* invita *AC.* ipsim *F.* (13) mea facultate s. *F.* (14) malluique *FG,* aliunque *A.* errore *F.* et labi *GM.* (14. 15) volumptati *V.* (15) et *G,* atque *F, om.* C. non *om. F.* gerere morem *F.* gerere *om. V.*

tum quia — non ignoro — ineptias meas haud supercilio censorio, sed humanitate emendabis, tum quia omnes aut præsentes aut posteri eximiam laudem decusque mihi tribuent, cum intelligent orationem meam, qualiscunque sit, excellentiæ tuæ non displicuisse. Nam cum a præclaris hominibus probari summa semper ope et enixe studuerim, supra votum accessit, ut tibi grata, immo, ut fertur, admiranda videar. Quo quidem in vita quid mihi vel ad laudem vel ad gloriam magnificentius evenire potuisset, haud plane intelligo, cum maxima laus viris sit placere principibus, quos nihil abiectum, nihil vulgare, sed omnia egregia delectare solent, et si quem ab illis prædicari et ver-

(1) ign. has in. m. *AF.* haut *M*, aut *CFV.* (2) superalio *A.* sensorio *C.* set *V*, *om.* *C.* (3) omnis *A.* (4) posteriori *F.* (4. 5) tribuunt *C*, tribuet *F.* (5) intelliget *F.* (5. 6) qualiscumque *CF.* (6) sit *om.* *G.* (7) preclarie *F.* (8) semper summa *A.* (9) acessit *A*, accesit *V.* ymo *FGM*, imo *V.* (10) videor *F*, *om.* *C.* (11) quod *V*, quam *F.* ad *om.* *F.* ad *omm.* *FGM.* (12) potest *F*, posset *G.* haut *FM.* (13) prolat *F.* viri *F*, iuris *V.* scit *F.* sit viris *G.* (15) set *V.* (16) si *om.* *F.* quem] quando *A*(?)*C*, quia quandoque *F.* ab aliis pr. ut suis verbis *F.*

bis suis ornari contigerit, is in amplissimo felicitatis gradu collocatur. Existimatur enim vos illustres et excelsos viros eo collocatos fastigio, ut neminem nisi præditum singulari virtute diligatis. Quod cum ita sit, humanitati tuæ ingentes habeo gratias, qui me diligas, amicitia tua dignam iudicaveris, in qua nullum virtutis periculum apparet. Qua ex re parumne mihi licet gloriari, cum eius viri in familiaritatem venerim, cuius tantæ et tam multiplices virtutes existant, ut non solum subditi, sed etiam alienigenæ certatim ament, auribus, oculis, postremo cogitatione complectantur. Cuius quidem rei testimonio est Basiliense concilium, cui tanta sapientia, modestia, humanitate, condita gravitate præfuisti, immo sanctis-

(1) ornare *CGM.* contingerit *FV.* hijs *C.* (2) foel. gradus *V.* colocatur *A*, collocatior *C.* extimatur *A*, existimavi *F.* (3) viros] dominos *A*, *om. V.* eo] et *A.* (4) fastigiis *G.* predictum *FV.* (5) diligatur *P.* (6) ing. *om. F.* quod *F.* (7) dignum *G.* (8) appareat *F.* (9. 10) cum in eius viri *AF.* (10) ven. fam. *F.* (11) virtutis *V.* exist. virt. *A.* (12) subditi *om. F.* set *V.* etiam *om. F.* (13) cert.] tantum *F.* oclis *C.* (14) conpletantur *C*, complectatur *F*, complectentur *GM.* quidam *C.* (15) Bassiliensem *V.* consc. *C.* (17) prof. *A.* imo *AV*, ymmo *C*, ymo *FGM.*

sime gubernasti, ut te abeuntem lacrimis, singultibus prosecutum sit. Superasti hac in re profecto sanctissimum illum Catonem, quem finito bello provincia abeuntem non votis, ut fieri solet, sed lacrimis, insatiabili amplexu milites prosequebantur, sternentes vestes per ea loca, quibus ipse pedibus iturus erat, manusque osculantes. Quod genus honoris non nisi imperatoribus, idque perpaucis tribuebatur. Hi sunt profecto fructus, hæc sunt præmia, quæ incredibilis ingenii tui magnitudo, summa litterarum totius sacræ scripturæ cognitio, elegans dicendi copia, divina memoria, præcipua religio, integerrima fides, domestica pietas, par quædam in omnes humanitas, regius denique splendor atque munificentia pepererunt.

(1) te abirruentem *F.* (2) persequutum *AV*, persecutum *C*, prosequutum *FG.* est *F.* (3. 4) Cathonem *FG.* Cath. illum sanct. *F.* (4) provintia *M.* abmentem *F.* (5) voctis *V*, basis *F.* set *V.* (5. 6) l. et ins. *A*, l. insaciabilique *C.* (6) prosequebat *F*, persequ. *V.* (6. 7) prosternentes *F.* (7) pro *M.* (8) icturus *V.* (9) non *omm. codd.* imperatoris *AG.* (10) paucis *CM.* tribuatur *F.* Hij *CFG.* (11) prohemia *C.* (12) tui ing. *A.* summa *om.* *A.* (13) cognito *F.* ellegans *A.* (14) memoria] misericordia *F.* (16) quidam *F.* in omnes] nominis *G.* regiusque *F.* (17) preper. *V.*

Omittam hoc loco sanctitatem, humanitatem, dei immortalis cultum, quibus quidem in rebus a nullis monachis, et his religiosissimis, superaris, ut iam cognomen habeas non solum sapientissimi verum etiam sanctissimi viri. Duxisti enim hæc omnia, opes, voluptates, divitias, dignitates, ad quæ tanto impetu, tanta ambitione concurritur, contemnenda esse sanctitatique tuæ rectius visum est, quod et Curio Samniti videbatur, qui cum Samnites post victoriam de ipsis habitam ad eum venientes et magnum auri pondus offerentes rapas quasdam coquentem offendissent, illis respondit, ei non opus esse auro qui talibus vesceretur cibis, sibi autem melius esse et præclarius

(1) Ommittam *A*, omitto *FG*. (2) quibus quidam *C*. (3) nonnullis *F*. monacis *AM*. hijs *CG*. (4) iam] eciam *G*. cognomine *F*. (5) etiam] et *AF*. (6) opes *omm*. *FV*. (7) div. et d. *A*. ad] ut *C*, *om*. *F*. (8) impetu] ambitu *GM*. concurrent *A*. (8. 9) contepnenda *F*, contempn. *G*. (9) recius *C*. (10) curiosam niti *CM*, curio sancte *F*, curioni (*om*. Samn.) *G*. (10. 11) vellebatur *V*. (11) quem cum *F*. Saronites *C*, Samtates *M*, Smte (?) *F*. (13) rappas *A*. (14) conquentem *F*, coquentens *V*. resp. illis *C*. eis *M*, *omm*. *AV*. (15) non est opus auro *C*. vesteretur *F*, vescirentur *G*, vexeretur *V*. (16) sbi *V*. esse *omm*. *CM*.

aurum habentibus dominari quam aurum habere. Adeo enim per omnes ætatis gradus vixisti, ut quotienscunque tuæ præstantiæ memoria repetitur, veneranda quædam virtutis imago humanis mentibus offeratur. Xenocratis inclita in virtute dignitas adeo per ora mortalium celebrabatur, ut nullius animum tanta potentia, tanta crudelitate, tanto furore natura imbutum esse existimarent, quem vel sola Xenocratis contemplatio ad eum colendum venerandumque non permoveret. Nihil dicam hoc loco, quanta cura, studio, labore, diligentia insudaveris, ut Hussitas illos ad sanctam fidem et verum dei cultum revocares, ad quam profecto rem perficiendam nisi immensæ sapientiæ

(1) donari *V*. (2) omnis *G*. ætatis *om*. *F*. (3) et *A*. quotiescumque *F*. (3. 4) tue memorie prestantia *G*. (4) repetit *C*. (5) ymago *CFGM*. offertur *G*. afferatur mentibus *F*. (6) Xenocrates *F*. virtutis *V*. (7) celebrebatur *M*. nullum *F*, nullus *V*. (8) credulitate *F*. (9) nat. *om*. *F*. esse *om*. *G*. (9. 10) existiment *AF*. (10) quam *C*. (11) collendum *AC*. venerandum *A*. ad eum extollendum colendumque non *F*. (11. 12) promoveret *CGM post corr.*, promovit *F*. (13) dil. nisidueris *F*. (14) usitas *ACV*, hussonii *F*. (16) proficiendam *C*, perficiundam *V*. nmensæ *AFV*.

tuæ summa quoque accessisset eloquentia, haud existimo feros ac pertinaces illorum animos te mollire potuisse. Docuisti, medius fidius, universum terrarum orbem haud mirum esse, si silvæ montesque Orphei vatis liram sæpe sequerentur suavique sua modulatione mitis feris natura rediit

Vicinumque lupo præbuit agna latus,
Concordes ludunt varia cum tygride damæ,
Massiliam cervi non metuere iubam.

Iam enim tibi cedat ipse Cicero seque victum fateatur, quem adversarii invidioso nomine regem appellabant, videlicet quod

(1) accessissent *V.* ell. *A,* eloquentiam *F.* (2) haut *M.* ac] et *GM.* (3) amicorum te *F.* molire *AF,* moliri *C,* molliri *GMV.* (4) filius *V.* orbem terrarum *V.* aut *C,* haut *FM.* (5) esse] est *AF.* montes *G.* natis *F.* (6) lyram *V.* consequerentur *C ex* persequ., sequeretur *F.* suavique] suam quia *F.* sua] mua (?) *V.* (7) mutis *A,* irritis *GM.* reddidit *C,* reddit *GM,* dedit *V.* (8) vicinum *C.* agana *C,* agru *F.* agna pr. *G.* (9) vario *A.* varia ludunt *FV,* varie ludunt *G.* tigride *AFGM.* dammæ *A,* dampne *C,* damue *F,* damma *ex* dammæ *G,* damnæ *MV.* (10) Masiliam *ACM,* Massillam *V.* servi *C,* ceri *F.* m. terram cervi terram non m. iubam *G.* (11) reddat *C,* celat *F,* cadat *V.* (12) adversarit *V.* (13) regere *F.* vid. quod] umquam *F.*

nulli damnarentur, nulli solverentur, nisi quos damnatos solutosque voluisset. Quanta enim et humani et divini iuris scientia flores! Quam ita comparasti, ut non minus ex te natam præsentes arbitrentur, quam prisci illi Quirites auxilio Egeriæ pontificii iuris prudentiam e Numa Pompilio natam crediderunt. Perpaucos profecto inveniemus, in quibus sicut in te vivendi consuetudini consonaret ratio. Solent enim hæc excelsa dignitatum culmina quosdam inflatos splendore luminis adeo efferre, ut homines se oblitos neque quanti sint neque unde emerserint pensantes se ex pompa ac fastu æstimari volunt. At tibi vero, cuius virtus et animi

(1) dampn. *CFM.* salvarentur *F.* (2) dapn. *F*, dampn. *M.* val. *M.* Quantum *F.* (3) enim et divini (divi *M)* et hum. *CM*, enim divini et hum. *G.* humanum *F.* viris scientiam *F.* (4) ex te *om. F.* (5) natam *om. A.* præs. *om. F.* arbitremur *A.* (6) querites *F.* egere *AF*, egregii *C*, egregie *GM.* (7) Numma *CFV*, minima *A*, *om. G.* pompillo *F.* (8) inveni eque in *C.* (9) viv.] mundi *F.* consuetudine *C*, consuetudinem *F.* (9. 10) consuaret *F.* (10) excellsa *V.* (12) lum.] litteris *G.* offerre *F.* (13) sunt *G.* unde se extruserint *F.* (14) sed ex *F.* et *FGM.* exstimari *CG*, existimari *F*, extimari *M.* (15) Ut *C*, Ac *F.* vere *G.*

magnitudo perspecta est omnibus, quem studia bonarum artium humana omnia parvi pendere docuere, longe secus evenit. Nulla elatio, nullus fastus, nulla verba elatiora deprehenduntur; non faciles aditus, non humana allocutio desideratur, cum nullus tam humilis existat, cui ad te aditus non pateat, te sine interprete alloquatur. Te igitur, sanctissimus pontifex, minime videtur ignorasse, qui non parum felicitatis et ornamentorum se comparasse iudicat, quod secum celeberrimum et reverendissimum patrem dominum Iulianum Cardinalem coniunxisse licuit. Quamobrem immortalem tibi gloriam comparasti, qua et vivis, et fruaris, et post mortem vivas. Sed redeo ad laudes quas mihi tribuis, quæ mihi magnam attulerunt amœnitatem, cum in eis virtutum mearum,

(1) perfecta est ab omn. *GM.* que *C.* (3) pandere *F.* s. in te ev. *F.* Melle *F,* mulla *V.* (5) facile *F.* (6) alloquutio *A,* alocucio *V.* (7) additus *F.* pateant *A.* (9) sanctissime *F.* (10) quod *C.* felicitatem *F.* (11) quod] nisi *G,* quidem (?) *V.* (12) ac *C.* (13) Iurianum *V.* (14) gratiam *A.* (15) quo *F.* et *omm.* *CGM.* vivas *F.* et *om.* *A.* (16) reddeo *F.* (17) attribuis *F.* (18) auctoritatem *G.* tum in *C.*

si quæ sunt, præmium esse cognoscam. Hoc enim summa tua probitas facit, qui qualem me esse velles, talem me prædicas, tuaque verborum magnificentia adeo buccinas, ut me deam ex larva et aram ex cloaca facias. Qua de re dominationi tuæ me totam devoveo, trado atque condono humanitatemque tuam exoro, ut mihi ignoscas, si tibi dignas non ago gratias, neque voluntati sed ingenioli mei parvitati ascribas, oro. Reliquum est, ut Nogarolæ familiæ gratuler magnificentiæque tuæ ingentes habeamus gratias, cum erga nos tanta familiaritate et caritate usus sis. Et ita hominis perliberalis facis officium, ut nemo sit cui plus quam tibi debeamus. Teque humiliter oramus, ut dilec-

(1) si *om.* *F.* prohemium *AF*, premum *M.* (2) tua summa *FGM.* quæ C. (2. 3) qualem me] quidem me *F.* me talem *G.* (3) velis *AF*, veles *V.* (4) bucinas *AC.* (5) me dicam ex lama *V.* aram] parvam C *ex* aram, larvam *F*, iram *G.* cloacha *CV*, cloacas *F.* (6) de] ex *V.* domin. *om.* *M.* totum *M.* (7) tradoque atque *F.* dono *F*, condeno *V.* (8) oro *V.* gnoscas C. si *om.* *F.* (9) agas *F.* set *V.* (10) asscr. *M*, adscr. *V.* (11) est me garole *F.* nagar. *G.* gratulor *F.* (12) habemus *CF.* (14) ita *om.* *F.* (15) fateor off. *F.* cui] tui *F*, *om.* *V.* (16) h. rogamus C.

tionem, amorem, caritatem erga nos susceptam non solum conservare, sed et augere velis, imprimisque ut Leonardi fratris curam paterno suscipias affectu, quem omnes bene factum iudicant cultui divino dedicandum esse. Quod si facies, non solum immortaliter nos tibi devincies, sed natos natorum et qui nascentur ab illis. Sed cum longius me trahi sentiam, ipsam me revocabo, ne aures tuas fastidio afficiam neque mihi dicatur quod cuidam loquaci Zeno philosophus ait: Si te meis audires auribus, profecto taceres. Vale meque filiam sapientiæ tuæ et caritatis existima. Me tibi commendo. Ex Verona, IV. Kalendas Aprilis. 1438.

(1) am. et car. *A.* vos *V.* (2) set *V.* et *om. C.* (3) vel in pr. *F.* Leonhardi *M.* (4) quod *C.* (4. 5) qu. omnes bene f. *om. F.* (5) ut dicant *F.* dedicandus *F.* (6—8) Quod—illis *om. F.* (7) tibi nos *G.* devinces *CGM.* set *V.* (8) me long. *C.* (8. 9) trahi me *M.* (10) afficias *V.* dicant *C.* (11) cuiquam *GM.* Tono *M.* philippus *F.* (12) te me meis *C.* audieris *F.* auris *V.* sileres *V.* (13) Vale igitur et me fil. *F.* (14) Me t. comm. *om. F.* comenda *A.* (15) IV. Kal.—1438 *omm. GM.* Cal. *A.* Apriles *V.* 1439 *A.*

XXIII.

(Venetiis, VIII. die mensis Iunii a. 1438?)

Nicolaus Venerius Zeneveræ et Isotæ Nogarolis S. P. D.

Quamquam inter nos nulla antea vel amicitia vel litterarum mutua missio fuerit, tamen virtus quæ ad eos amandos quos nunquam vidimus plerumque impellere solet, facit ut has ad vos virtute ac eloquentia vestra indignas dare minime dubitem. Nam cum et multorum vocibus et clarissima fama vir-

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)*.

(3) Zenebre *C*, Genevere *M*, Zinevre *V*. Ysothe *G*, Isottæ *V*. nagar. *G*. (4) D. *om. C*. (5) in eternos *M*. nos missio nulla *V*. nulla *om. G*. antea *om. V*. (6. 7) liter. antea mutua fuerit, t. *V*. (7) viros *C*. ques *V*. (8) ad eos] nos adeo *G*. antequam *V*. (9. 10) ad vos *om. V*. (10) ac] atque *C*, et *V*. (11) et cum *G*. (12) fame *G*.

tus atque humanitas vestra prædicetur, tum maxime dominus Tobias Burgus et vestri amantissimus et mihi amicissimus harum rerum clarissimus testis extitit. Is cum diebus elapsis apud nos moraretur atque clarissimarum feminarum gloriam quam dicendi studio consecutæ sunt memoria volveremus, ad vos tamquam ad singulare illarum decus atque ornamentum devenit. Ex quo quanta vestra sit virtus, humanitas, integritas, eloquentia, facillime cognovi; multa enim de prudentia, honestate, modestia summa cum laude narravit. Quibus verbis accensus scribendi desiderio minime resistere potui. Quare si quid inculte inornateque dictum inerit, virtuti vestræ potius quam mihi assignabitis. Satius profecto non adeo composite dicendum existimavi, quam quantum in me vobis dignas laudes attribuere. Quis

(1) atque] ac *M*. (2) thobias *CG*. nostri *V*. (3) amatissimus *V*. (4) existit. Hiis *G*. (5) aput *GM*. vos *V*. (7) cumsecute *V*. sunt *om*. *V*. (8) ad *post* tamqu. *om*. *G*. (10) sint *C ante corr*. integr. et el. *C*. (11) facilime *CM*. (14) m. desistere *CV*. (15) inornatumque *M*. (16) virtute pocius vestre *M*. vestræ] inest *C*. (18) quam] quod *C*. quoniam (?) *M*. (19) dignitas *V*. l. non attr. *G*. atrib. *V*.

enim tam humanitate vacuus, tam insolens, tam rerum omnium ignarus nomen famamque vestram summis laudibus ad sidera non tollet, præsertim cum omnes, quæ clarissimæ merito memorantur, studio vestro antecellatis? Nam Erithea Sibilla, Delphica, Cumana, Albunea, quæ vaticinandi gratia fortuna vel divinitus donatæ fuerunt, gloriam non labore suo conquisiverunt. Quis enim ignorat prædicendi munus a deo potius quam industria nostra hominibus esse concessum? Magna hæc quidem, sed multo mea sententia maiora atque præstantiora sunt, quæ vigilia, opera, industria nostra acquiruntur. Quare sileant ipsæ, neque cum ab aliis gloriam vendicarint, his se conferre audeant, quæ suo studio, diligentia, opera summum decus adeptæ fuere. Vobis quidem, quæ Corneliam illam Gracchorum

(2. 3) famanque *V.* (3) sumis *V.* sydera *CG.* (6) erithrea *M ante corr.* delfica *V.* (7) albumea *GM.* (9) suo sibi conqu. *M.* conquisierunt *C.* (12) set *V.* (14) quæ] quam *V.* (16) hijs *CG.* (17) quæ] quam *V.* (18) sumum *V.* (18. 19) quidam *C.* (19) gracorum *G,* grachorum *M,* graccorum *V.*

matrem, cuius eruditissimum sermonem epistolæ posteris testatæ sunt, Lælii filiam paternam elegantiam redolentem, Saphon liricam, quæ versu mirifice fkoruit, — vobis inquam, quæ has imitatæ estis quin etiam superaturæ laus et summus honor debetur. His profecto diebus duas epistolas eloquentia mirabili ornatas atque politas ad M. Iacobum Foscarum præ manibus habui, tanta dicendi suavitate, verborum gravitate, ubertate, copia, elegantia crebrisque sententiis refertas, ut mihi facillime persuaserim, tanta admiratione ad posteros non ætatis nostræ solum, verum etiam longioris perventuras, quo nos beatissimos iudicaverint, quod his temporibus incidimus, ut copia nobis concessa sit tantarum rerum gloriam vidisse. Felices, quæ tales partes sortitæ estis! Quare lætetur

(1) matrem] memini *G.* (3) elleg. *V.* recolentem *G.* Samphon *C.* lyricam *M.* (4) unquam *C.* (5) immutare (?) *G*, immutate *M.* potestis *G.* etiam] iam *V.* (6) atque sumus *V.* honos *GV.* Hijs *CG*, Nis *V.* (8) pollitas *V.* (9) habui] hunc *V.* (12) facilime *CG.* (12. 13) tante admiratio *M.* (14) quo ad nos *C.* (15) iudicarint *C*, iudicaverunt *V.* quia *V.* hijs *CG.* (16) indicimus *C.* (17) gloria *M.* vixisse *V ante corr.* læctetur *V.*

feminarum genus atque summis exultet gaudiis, extitisse eas quæ nomen famamque suam e tenebris eduxerint, atque vobis, si priscorum more uti liceret, solemnis statuas consecrent, natalia vestra celebrent, quod Egiptios ad sempiternam gloriam Isidi aiunt contulisse. Gaudeat Verona, quoniam durabit suum per secula nomen, gestiat ipsa Italia sibi quod nulli evenit contigisse. Verum ne modum epistolæ excedere videar, summis, ut Græci dicunt, digitis hæc tetigisse sufficiat, quæ non adulandi gratia me scripsisse existimetis velim, verum cum ut rei veritati inservirem, tum ut pro virili parte vos ad hæc studia complectenda atque retinenda incitarem atque inflammarem. Nihil profecto melius, nihil utilius, nihil laudabilius a summo omnium patre humano generi tributum censeo. Itaque vos oro atque ob-

(2) quæ] quia *V.* (3) eduxerunt *CV*, eduxerit *G.* nobis *M.* (4) uti *omm. GM.* solennis *C*, solemnes *G*, solempnis *M.* (6) ysidi *GM.* (7) contigisse *V.* (8) gesciat *M.* (9) ytalia *M.* (12) suficiat *V.* (13) existimes *C.* ut *ego addidi.* re *M.* (14) ut *om. C.* (15) nos *M.* contemplanda *CGM.* (16) inflamarem *V.* (17) nihil utilius *omm. CM.* nihil] vel *G.* (18) hum. genitori *CGM.*

testor, ut omnem operam, studium diligentiamque huic præstare atque dicendi studia omni cura prosequi velitis. Quod si, ut spero, facietis,

Lucida dum current animosi sidera mundi,
Occeanus clausum dum fluctibus ambiet orbem
Lunaque dimissos dum plena recolliget ignes,
Dum matutinos prædicet Lucifer ortus
Altaque ceruleum dum Nerea nesciet Arctos,
Semper in æternum servabunt secula vestrum
Dulce nomen.

Valete. Ex Venetiis VI. Idus Iunii.

(1) studiaque *M.* (4) faciet *C.* (5) curent *V.* animosa *C*, annosi *V.* sydera *C.* (6) ambiget *M.* (7) recolligit *G*, recoliget *V.* (9) atraque *V.* artos *G*, artus *V.* (12) Valete *om. G.* Ex—Iunii *omm. GM.*

XXIII.a

(Veronæ, paulo post VIII. diem mensis Iunii a. 1438.)

Isota Nogarola patricio adolescenti Nicolao Venerio S. P. D.

NUPER allatæ litteræ tuæ vehementer me delectarunt, ferunt enim præ se et naturam præstantissimam, quod est ingenii, et disciplinam vigilantem atque solertem, quod est studii et diligentiæ. Itaque mihi quidem contigit

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Riccardianus nr. 779 *(F)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Parisinus nr. 18130 *(P)*, Veronensis *(V)* et editio a. 1846 *(E)*.

Titulus in P est: Isotta Nogarola patricio adolescenti Nicholao Venerio salutem; *in G:* Responsiva ad præscriptam Ysotha Nogarola. patritio adolescenti N. Venerio S. p. d. (3) Isotta *EFP.* P. D. *omm. E et cod. Basil.* (6) fuerunt *C*, inferunt *G*, inferrunt *M.* (7) se etiam *GM.* (8) quod est] quidem *C.* (9) solortem *F.* (10) dillig. *C.* ita *P.* contingit *CEP.*

ætatem istam tuam et sensum earum litterarum consideranti, ut admirabilis quædam ac plane supra annos hæc tua maturitas videretur, nec vereor, si modo tibi ipsi non defueris, præcellentissimum te virum esse evasurum. Quamobrem invigila, quæso, ac per singulos dies adde insuper aliquid et accumula, considerans permagna in his studiis præmia tibi esse proposita ad constitutionem vitæ ac nominis celebritatem et gloriam. Hæc non sunt bona huiusmodi, quæ fur capere possit, proscriptio tollere, quæ et accedere possint et recedere, ut instar undarum et fluctuum a succedentibus sibi dominis occupentur; hæc bona hostis invadere non potest. Demetrius cum Stilbonis philosophi urbem

(1) sensus *CGM*. (1. 2) earum tuarum litt. *P*. (2) consideranti *P*. amirabilis *V*. (3) plane *omm*. *EV*. (4) videatur *EV*, ire *GM*. (5) præexellent. *E*, præexcellent. *P*. (5. 6) esse virum *GM*. (6) evansurum *F*. invigilla *C*, invigilia *M*. (8) actu mala *G*. consyd. *C*, conscid. *P*. hijs *CFG*. (9) preposita *CF*, prepositam *GM*. (10) ac] et *E*. et] ac *V*. Nec *V*. (11) sunt *omm*. *CGMV*. (12) et pr. *GM*. præscr. *EFGMV*. accidere *M*. (13) ut] ad *G*. et fl.] fluentium *EV*, et fluminum fluctumque *F*, *om*. *P*. (14) a] ac *G*, ao *M*. suced. *V*. (15) non] omnino *V*. (16) stillonis phyl. *M*.

solo æquasset, eum interrogavit, an suarum rerum quidquam amisisset. Cui Stilbo: Nihil equidem, bellum enim nulla ex virtute spolia ducit. Quid enim est aliud in quo vere gloriari possimus, nisi in his quæ obis virtutum studiis comparemus? Nostra etenim ista sunt nostro opere, nostra cura et vigiliis parta, quæ nec vivo nec mortuo auferri possunt. Hæc virtus in se veram et solidam continet dignitatem, hæc te quocumque ieris prosequitur et fortunæ donis et omnibus vulgi favoribus anteponitur. Dicitur extra omnem fortunam esse animum sapientis, dictum est quoque ab eruditissimis neminem liberum esse nisi sapientem. Quanta namque ob hanc rationem maiorum nostrorum discendi fuerit aviditas, historiæ testentur. Euclidis philosophi tanta sciendi cupi-

(1) an] iam *GM*. (2) quicquam *FM*, quitquam quitquam *P*. admis. *M*. nil *M*. (5) possumus *GM*, possemus *V*. hijs *CFG*. (6) comparamus *EP*. enim C, etnim *E*. (8) neque *CFP*. neque *FP*. aufferri *C*. (11) prosequetur *CV*. et et fort. *P*. (12) anteponetur *C*. (13) animum] divinum (?) *F*, *om*. *G*. (14) quoque est *EV*. (15) nisi] nec *G*. (16) namque *om*. *V*. (17) fuerat *F*. hyst. *CF*. (17. 18) testantur *P*, *om*. *G*. (18) discendi *V*.

ditas erat, ut cum cavissent Athenienses decreto, ut qui Megaris civis esset, si Athenas pedem referre prehensus esset, ea res ei capitalis esset, is nihilo facto periculo Athenas noctu peragrabat et antequam advesperasceret tunica longa muliebri indutus et pallio versicolore amictus et caput velatus e domo sua Megaris ad Socratem commeabat, ut vel noctis tempore consiliorum sermonumque Socratis fierit particeps, rursusque sub luce milia passus amplius viginti eadem illa veste tectus redibat. Democritus magna sciendi cupiditate deductus reservata sibi in necessarios usus modica parte patrimonii residuum patriæ suæ dono dedit, existimans hanc pecuniarum molem discere cupientibus onerosam sarcinam futuram. Hanc vero virtutem si tu, quemad-

(2) decreto *om. P.* (3) refferre *F.* compreh. *F.* pr. esset] ausus fuisset *E*, preh. fuisset *P.* (4) fato *V.* (5) pagrabat *M.* (5. 6) advesperasset *GP.* (6) longua *P.* induc tus *CPV.* (7) et pallio—velatus *omm. CMV.* palio *FP.* capud *P.* (8) ex *GM.* (8. 9) comeabat *C.* (9) conscil. *CV.* (10. 11) rursus *G.* (11) millia *EP.* passuum *E.* (12) ille *V*, *omm. EP.* Demetricus *C.* (14) necessariis *C.* (15) residuam *M.* (16) peccuniam *M.* mollem *FPV.* (17) volentibus *EFP.* (18) vero] animo *GM.* si *omm. GM.*

modum spero, nanciscere, quænam divitiæ cum horum studiorum præmiis comparandæ erunt? At enim vide, quanta in his studiis insit dignitas, ut nemo princeps, nemo rex sibi turpe duxerit hac scientia et eloquentia insigniri. Theodosius princeps die quidem aut exercebatur in armis aut de subditorum negotiis ius dicendo decernebat, nocte vero libris ad lucernam incumbebat. Augustus vero in Mutinensi bello semper legere aut scribere consueverat. O voluptatem iocunditatemque istorum studiorum, quæ tanta est, ut difficile sit mentes inde divellere! Verum ne nimis dicendi habenas relaxem et ne anser obstrepat inter olores, finem dicendi faciam, si prius, quod per te facis, ad hæc humanitatis studia et bonarum artium præcepta exhortata fuero. Quod autem me

(1) quænam] nam *G.* (2) prohemiis *GM.* (3) quanta] quæ *G.* hijs *CFG.* (4) nemo] virum *M*, *om. G.* (5) sibi *om. C.* et] ac *M.* (6) Theodorius C. (7) de *omm. GM.* (8) disern. *C*, discern. *FGP.* (9) libros *G.* incomb. *F.* (9—11) Aug.—consuev. *om. G.* (10) semper] aut *E.* (11) consueverat ob vol. *E.* (11. 12) iuc. *E.* (12) istoriam *F*, sanctorum *GM.* (13) difficille *C.* mentem *E.* demovere *G.* (14) ne minus *C.* (15) anxer *C.* (16—18) faciam. Si prius . . . præcepta te sum hortata, parcas quæso : quod autem *E.* (18) exhortata *C.*

tantopere laudas meumque attollis ad sidera nomen, hoc tua summa probitas facit tibique gratias pro ingenioli mei parvitate et ago et habeo. Vale. Plurimam salutem Andreæ fratri tuo agnatoque meo nunties velim. Iterum vale.

(1) meum quod *M.* ad sydera attollas *G*, ad sid. tolleres *M.* attolas *C*, attollas *F et cod. Basil.*, extollas *V.* syd. *C.* (2) hec *F.* (2. 3) tibi quoque gr. *C.* (3) per *M.* mei *om. G.* (4—6) Plur.—vale *om. G.* (5) agn. meo *om. C.* nuncies *EMV.* (6) iterumque *V.*

XXIV.

(Veronæ? a. 1438?)

Isota Nogarola splendissimo equiti Domino Feltrino Boiardo S. P. D.

Cum a Lavagnolo meo nuper ex Mutina redeunti multa super urbem rogitarem, ad te tamquam ad singulare illius decus atque ornamentum devenit. Etsi tua ad nos in dies clarissima fama una omnium voce volitabat, tum quanta tua fuerit virtus, humanitas, eloquentia, ex eo coram facillime cognovi. Multa enim in laudem virtutum tuarum

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)*.

(3) Ysotha *G*, Isotta *V*. Nagarola *G*. spendidissimo equestri *C*. (4) Veltrino *G*. Boyardo *M*, Baiardo *V*. S. P. D. *om*. *G*, D. *om*. *C*. (6. 7) urbe *V*. (7) ad *om*. *C*. (8) atque] et *CM*. (9) in dies ad nos *GM*. (11) tunc(?) *V*, tamen *CM*. (12) facilime *CGM*.

sic enarravit, ut quæ optantur, quæ in vita expetuntur, ea omnia assecutum te esse testentur. Quæ cum ab eo audissem, ita singulari et ingenii et studiorum et morum tuorum amore flagravi, ut huic meo scribendi desiderio minime obstare potuerim, licet ardorem hunc meum pudore nugarum mearum compressissem. Verum hortatu et impulsu eius hoc onus renuere non sum ausa, quare hoc tecum pacisci constitui, ne litteras meas ipse deludas tamquam puellas subrusticas nullo ornatu, nulla venustate comptas, immo potius eas tua comitate, urbanitate ac solita humanitate suscipias et amplexare, Artaxersem regem Persarum imitatus, qui non minus putabat regium et humanum esse parva benigne ac prompte accipere, quam

(1) sit *M.* enarrando *GM.* opt. ut quæ in victa *C.* (2) expectuntur *C.* te *omm.* *CM.* (3) testetur *GM.* ab eo] adeo *GM.* (5) more fl. *G.* hinc *C.* (6) distare *V.* (7) nug. mea *C.* (8) compresissem *CM.* (9) retinere *C.* sim *CV.* (10) pacisi *G.* (11) puelas *C.* (12) ymmo *C,* ymo *GM,* imo *V.* (13) potitus *M.* comunitate *C.* et *GM.* (14) amplexari *G.* (14. 15) artaxerssem *G,* artaxerxem *M,* arthaxerssem *V.* (15) Persarum *om.* *V.* imittandum *C,* imitantem *GM,* imitantem *suprascr.* imitans *V.* quo *G.* (17) benigno *C.* prompta *G.*

magna dare. Natus quoque es ex ea venustissima progenie per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis, quæ cum multis equestris ordinis tam domi quam militiæ summæ auctoritatis clarissimis viris floruerit, eos omnes cum amplissimis virtutibus, opibus et magnificentia, tum plurimum humanitate exuperas, officiosus in amicos, comis familiaribus, humanus erga omnes. Adde magnitudinem ingenii, summam litterarum cognitionem, elegantem dicendi copiam, divinam memoriam, multarum rerum usum, summam constantiam, modestiam, integritatem, quibus sane virtutibus factum est, ut illustrissimis principibus carus et admirandus existas, et inprimis illustrissimo Marchioni Estensi, qui te non minus carum inter ceteros præstantissimos amat et colit quam Cæsar

(1) Natus est (es *M)* quoque ex *CM*. (2. 3) antiqua *CM*. (3. 4) equestri *CGM*. (4) ordine C *ante corr. GMV*. (5) vir. clar. *C*. eas *GM*. (6) omnes *om*. *V*. clarissimis *GM*. (7. 8) exsuperas *C*. (8) beneficiosus *V*. comes *GM*. (9) humanas *C*. (11) divina *C*, divinum *GM*. (12) memoriam *omm*. *GM*. summam] famam *V*. (14) est *om*. *C*. (17) quod te *C*. earum *suprascr*. carum *V*.

Antonium, cui ex Hispania redeunti omnes primores civitatis quam longe obviam processere, horum autem Cæsar præter ceteros summo in honore recepit Antonium. Eloquentiæ vero, qua plurimum polles, inter tot occupationes tuas per varios casus, per tot discrimina rerum tantum operæ adhibuisti, ut non immerito studio ac diligentia tua ad perfectissimum illud dicendi genus perveneris. Intellexisti enim, quanta sit orationis vis, qua ne maximis quidem in bellis æquo animo carere quisquam potest. Ferunt Pompeium cum in eo prœlio, quod Durachii commissum est, ad pugnam cohortando milites nihil profecerit, orationem habuisse de libertate, de virtute, de contemnenda morte, de gloria, et prout tempus patiebatur disserens ita animos militum accen-

(1) Anthonium *GV.* hyspania *C.* (2) primarii *G.* longius *V.* (3) inter c. *V.* (4) Anthonium *G.* (5) que plur. *C.* (7) opere tantum *GM.* (7. 8) adhybuisti *C.* (8) in merito *M.* elegantia *V.* (10) intelexisti *C.* (11) maximas *C.* (12) quisque *V.* posset *C.* (14) pungnam *M.* (15) nichil *C,* nil *V.* profecerunt *C.* (16) de *ante* cont. *om. G.* (16. 17) contenenda *C,* contempnenda *M.* (17) tempus] ipsas *M.* (18) animus *GM.* acensus est *C,* accensus est *GM.*

dit, ut summo cum clamore decertandique desiderio pugnam deposcerent omnesque Cæsaris cohortes eo die in fugam verterentur. Recte quoque facis, clarissime vir, ut ab eodem accepi, qui historicos omnes tanto studio et ardore animi insectaris. Maiores nostri historiam vitæ magistram appellarunt, dirigit enim prudentiam et consilium præteritorum notitia exitusque similium cœptorum nos pro re nata aut hortantur aut deterrent. Est enim in ea quoddam dicendi genus præcellens, omni nitore ornatum, opulentia verborum, omnis dicendi vis, exemplorum copia, quæ orationem illustrant et admirabilem reddunt. Quid plura? Omnes qui dicendo claruerunt, vivacitatem et sanguinem sumunt ab historia. Quo factum est, ut illa maxime necessaria inter se connexa ac coniugata consecutus sis, peritiam videlicet lit-

(1) certand. *G.* (2) pungnam *M.* (3) diem *G.* fugum *C.* (5) historias *G.* (6) consect. *V.* (7) hyst. *C.* mag. mem app. *C.* (8) dirrigit *V.* conscilium *C.* (9) notitiam *codd.* (10) n. haud hort. (aut *in marg.*) *V.* (11) quodam *CV.* (12) precelens *V.* ornata *G.* (15) Omnes que *C.* (17) summunt ab hyst. *C.* (18) neccess. *C.* et *CM.* (19) scilicet *G.*

terarum et rerum scientiam, quæ potissime duo unumquemque qui eas adeptus est ad celebritatem nominis gloriamque provehere solitæ sunt. Sed quid ego, quæ hæc apud te virum doctissimum memoro, qui his virtutibus immortalem tibi gloriam comparasti, qua vivis et fruaris? Finem igitur mihi facio, hac tamen lege, ut huic meæ temeritati ignoscas, si tam ausa fuerim ad te has ineptias dare, in quibus si quid incorrectum casu seu linguæ fluctuatione scriptum inveneris, pro tua prudentia emendes oro. Hoc enim coacta egi cum tuis clarissimis virtutibus, meo in te amore ac reverentia, tum quia non parum me felicitatis ac ornamentorum comparasse iudicavero, si tuam in amicitiam venerim, quoniam (ut non ignoras) maxima laus viris est placere principibus. Vale et si

(1) potissimum *M.* (4) ego] lego *CGM.* hæc *omm. GM.* aput *GM.* (5) hijs *CG.* (6) inmort. *M.* (7) vivis] unus *CGM.* frueris *V.* (10) ineptas *V.* si quidem *C.* incorreptum *codd.*. (11) seu] aut *V.* fluctuacitate *V.* (13) enim] igitur *V.* (14) quia] quare *V.* (15) non] modo *C.* mee *C.* et orn. *CM.* (16) in *omm. GM.* (18) est viris *V.* veris *C.*

tuas ad me dabis, ut te facturum existimo, eas semper mutuæ nostræ benivolentiæ testes habebo. Iterum vale.

(1) ut ad te *V.* (2) vestræ *C*, *om. M.*

XXV.

(Venetiis, die IX. mensis Decembris a. 1438.)

Nicolaus Barbus Isotæ Nogarolæ S. P. D.

Cum tanta quotidie, tam præclara tamque magnifica de tuo præstantissimo ingenio a pluribus ætatis nostræ eruditissimis viris audirem et ea re aliquid ad te scribere incredibili quodam desiderio arderem, id ante hunc diem capessere diu multumque sane dubitavi. Nam non modo nostrorum tempo-

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)* et editio a. 1846 *(E)*.

(3) Barbarus *GM*. Isottæ *EV*, Ysothe *G*. Nog. S. P. D. *omm. GM*. Salutem plur. d. *C*, Sal. Plu. Dicit *V*. (4) Cun *C*. quottidie *GMV*. tamque *G*. (8) ad te aliquid *G*. (9) quoddam *C*. (10) capescere *CGMV*.

rum huiusce civitatis subrustici quasi quidam vivendi mores me ab hac re non mediocriter deterrebant, verum etiam mirum in modum pertimescebam, ne tibi ludibrio essem, quod meis insulsis ac inconditis litteris tuam optimam et admirabilem facundiam temptare quodammodo auderem. Quo namque iure sperarem in hoc arrogantiæ aut temeritatis crimen effugere, quod ego, qui nullam in dicendo copiam ac facultatem sum consecutus, vellem tibi, quæ non solum inter ignobile vulgus, sed et inter doctissimos ac præclarissimos viros non minimam eloquentiæ laudem adepta es, meis litteris hanc meam inscitiam ostentare? His autem proximis diebus elapsis cum perlegissem quasdam tuas quæ ad manus meas pervenerant elegantissimas epistolas ac vehementer in iis

(1) quasi] suo *E.* quidem *EGV.* (2) more *E.* re *omm. GM.* (3) deterebant C. etiam] et *E.* (5) meis] in eis *M.* ins. ac (et *ante corr.*) minus inc. *G.* (6) mirabilem *GM.* tentare *EV.* (7. 8) superarem *CM,* possem *G.* (8) in *om. G.* (9) quod] cum *E.* (9. 10) indicendi C. (10) ac] aut *G.* sim *G, om. V.* cunsecutus *V.* (11) velem C. (12) set *GV.* et] etiam *C, omm. GM.* (12. 13) præstantiss. *EV.* (15) inscientiam onerare *E.* Hiis *G.* (18) hijs *C,* his *GM.*

admirarer ingenium tuum summamque dicendi facultatem, decrevi omnino huic tuæ ad summam gloriam magis ac magis in dies florescenti facundiæ meis litteris aliquantulum congratulari, et præsertim tibi, quam hercle mirum est in hac nostra ætate, in qua nobilissimarum artium studia miserabilem sunt passa iacturam, tantam in dicendo potuisse consequi facultatem. Etenim si maiores nostri infinita atque innumerabili magistrorum turba, magna discentium multitudine, cum amplissima eloquentiæ præmia essent proposita et ingenia eorum hominum multum nostris hominibus præstarent, paucos testentur singulis ætatibus extitisse in dicendo excellentes viros, quanto mirabilius debet videri, cum nulla ceterarum artium studia his minus vigeant ac plures causæ quæ maiores no-

(2) omnimodo *EV.* (5) gratulari *E.* (6) hercule *M.* (8) passa sunt *G.* possa *EV.* tantamque *V.* (8. 9) potuisse in dicendo *C.* (9) exequi *CV,* assequi *E.* (10) in infinita *GM.* incomparabili *E.* (11) discernentium *G.* (12) eloquentia *GM.* esset *C.* (13) preposita *C.* hom. eorum *C,* horum hom. *GM.* multumque *V.* (14) paucas *EV.* (15) exstitisse *C.* (17) nulla *om. C.* cæterarum *E.* hiis *G.* (18) caussæ *E.*

stros poterant ad ea incitare atque impellere, nobis deficiant, si nunc inveneris virum nedum feminam eruditam atque etiam, medius fidius, si in his seculis in quibus eruditorum hominum copia et multitudo minus admirationis efficiebat, multæ clarissimæ mulieres extiterunt, quæ litteris et eloquentia valde pollerent. Inter quas et Corneliæ, Scipionis filiæ, et Saphos poetissæ et Aspasiæ, quæ per Socratis tempora floruit, aliarum plurimarum scripta et nonnullarum quoque forenses orationes admodum comprobabantur, magis tua ab eruditissimis viris (si qua erunt) in posterum celebrabuntur. Qua ex re me vehementer latet, an te censeam cum his quas nominavi, an cum diis etiam conferendam. In præsentiarum enim videmus nos devenisse in tantam disciplinæ veteris perturbationem, ut non eam mulierem, immo

(1) ad ea] adeo *CGM*. (3) fœm. *E*. atque] adeo *G*. etiam] et *E*. (4) etsi *V*. hiis *G*. in *omm*. *EV*. (4. 5) eruditissimorum *EV*. (6) afferebat *E*. (7) extiperunt *V*. (9) Sapphos *EV*. poete *G*, poetis *M*. Apasie *CM*, Aspasia *E*. (12) adm. *omm*. *EV*. comprobantur *C*. (13) et si *GM*. (14) impost. *GM*. (15) an te senciam censeam *G*. (16) hiis *G*. an] ac *C*. etiam *omm*. *EV*. (16. 17) conferrendam *C*. (17) impres. *C*. (19) ymmo *C*, ymo *GM*.

potius virum beatum opinemur, qui in his tempestatibus, in quibus homines ætatem suam in luxu, in amoribus, in reliquis voluptatibus consumentes vitam non agunt, sed silentio transeunt veluti pecora, omni cum cura, industria ac diligentia proposuerit sibi in studiis litterarum evigilandum, et præcipue in illis, quibus in eo quo uno a ceteris brutis differat ipsis etiam antecellat. Legimus in veteribus rerum gestarum scriptoribus Saphos quamplures delegisse in suam societatem puellas eruditas quas his studiis educabat. Nonne nunc, si ipsius spiritus posset excitari a mortuis, te non vulgari benivolentia foveret teque ad hanc rem natura ipsa instructam adeo ardentem considerans duceret non in postremis sed in primoribus esse habendam? Quis est tam hebes aut tam

(1) in *om. E.* (3) lussuriis *E*, luxuriis *V.* (5) set *V.* scilentio C. (6) prepos. *V.* (9) etiam] et *EV.* (11) Sapphos *EV.* plures *E.* (11. 12) in sua societate *EV.* (12) quas in his *CM.* hiis *G.* (13) Non *G.* si ipsa *EV*, suppinus C. spiritus] Sapphos *E.* (14. 15) beniv. *omm. CGM.* (15) te quam ad *E.* (16) instructa C, instructiam *M.* (17) diceret *GM.* set *GV.* prioribus C. (18) habenda C. est *omm. EV.* ebes *G.*

tardus ingenio, qui ex hoc non coniciat nobilitatem ac magnitudinem animi tui, quod omnem vigilantiam tuam ei facultati dedicaris, qua videmus cunctos qui in illa excelluerint perpetuam sibi peperisse laudem? Nam explanatum habemus, quanto in honore apud maiores nostros hæc studia fuerint quamque difficillime hoc ipsum bene dicere non in mulieribus, sed in viris etiam inveniri semper sit solitum. Comprehendimus namque, cum ceterarum artium studia teneant certum quid ac diffinitum atque in his vel maxime comprobetur, quod longe sit ab imperitorum opinione sensuque disiunctum, omnia esse in dicendo fere media et ad vulgarem popularemque sensum accommodata nullamque habere regionem propriam, cuius ter-

(1) coniiciat *CE.* (3) facultas *M.* (4. 5) excelluerunt *GM.* (6) exploratum? (7) aput *GM.* (7. 8) fuerint cum diff. h. ipsum fere dicendi munus non in *E.* (8) quamquam *CM.* difficile *M.* non bene d. in *C.* (9) set *V.* sed et in v. in v. *E.* (10) solitum sit *GM.* (11) cæt. studia artium *E.* teneam *V.* (12) defin. *E.* (12. 13) hiis vel compr. maxime *G.* (13) probetur *M*, cumpr. *V.* (13. 14) imperatorum *CM*, imperatore *G.* (15) fore *GM.* pervia et *E.* (16) accomodata *CEGM*, accomodatam *V.* (16. 17) nullamve *CGM.*

minis septa concludantur. Quis ergo eam mulierem quæ in his asperrimis difficultatibus ad aliquam eruditionem evaserit, non existimabit singulari quodam atque divino munere a deo immortali donatam? Quis unquam defatigabitur in ipsius laude prædicanda vel in cælum usque efferendo præconio? Quis illius enucleatum scribendi ornatum non admirabitur ac singularem summamque verborum sententiarumque gravitatem? Et certe quidem hanc ego rem miraculi loco habens teque videre valde desiderans, in qua cum bonarum artium studia abiecta fere ac prostrata in tenebris iaceant, optimum intueremur antiquitatis exemplum, facile sum arbitratus formam ingenio non abhorrere. Nec, sicut in ceteris rebus sæpe accidere solet, in te minuit

(1) septu *G.* (2) hiis *G.* asperimis *CM.* (4) extimabit *CGM.* qu. ac div. *CM*, qu. div. ac *G.* (6) inquam *CGM.* (7) celum *CGMV*, cœlum *E.* offer. *C.* (7. 8) preconia *M.* (8) illius *om. E.* (9) ornamentum *EV.* ac] et *G*, *om. M.* (10) summam *GV*, *om. C.* verborumque *V.* sent. *omm. EV.* (11) quidem *om. E.* rem *om. C.* (12) mirabili *CV.* (13) bonorum *E.* (14) fere abiecta *E.* terre *V.* prostr. hac ætate in ten. *E.* (15) intuerentur *M.* (17) sicuti *C.* (18) sæpe *om. E.* minuunt *G*, minime *V.*

præsentia famam, immo potius non solum me ad te summo quodam studio prosequendam incitavit, sed id quoque in omnibus qui aliquam in litteris peritiam vel habent vel desiderant conficere posse procul dubio apparet. Quas ob res, qui hoc quoque verebar, ne abs te petulans aut temerarius iudicarer, unumquemque spero non tantum comprobaturum quantum etiam maxime improbaturum, si nihil ad te scribere curassem. Nam me qui quoscumque dicendi peritos admirabili benivolentia prosecutus fuerim ac semper a tenera mea ætate horum studiorum amore flagrarim, non in parvam negligentiæ suspicionem incidisse crederem, si hoc mihi quamquam gravissimum onus non assumpsissem. Te vero

(1) ymmo *C*, ymo *GM*. (2) apud te *V*. quodam studio *omm*. *EV*. (2. 3) prosequendum *G*. pr. honore inc. *EV*. (3) sed] ad *CGMV*, verum *E*. (5) efficere *E*. posse conficere *GM*. (6) qui *omm*. *CGM*. (7) quo *C*. virebar *V*. petulas *C*. (8) ac *CM*. te in erarius iudicarem *C*. (9) non tam *EGV*. (10) etiam] et *CMV*. nichil *C*. (11. 12) quocienscumque *G*. (13) prosequutus fui ac s. a tenerrima *E*. mea *om*. *E*. (13. 14) ætate mea *G*. (14) flagravi *E*. (15) suspitionem *CM*. (15. 16) incidere *G*. (17) assumsissem *G*.

ingenti tua benignitate atque humanitate confisus et hortari et rogare non desinam, ut quemadmodum cœpisti pergere non desinas atque in id studium in quo es ita coneris incumbere, quo omnium aliorum gloriam possis adæquare. Vale decus non minimum ætatis nostræ. Venetiis V. Idus Decembris.

(1) ingenti (*om.* tua) hum. atque ben. *GM.* (2) confixus *CV.* (3) quemadm.] quo more *E.* cæpisti *E*, cepisti *CGMV.* (3. 4) desistas *EV.* (4) ade *C.* ad id *GM.* (5) omnem *E.* aliarum *CGM.* (6) posset *M.* (7) Ex Ven. *G.* ydus *M.* (7. 8) V. Idus Dec. *om. G.*

XXVI.

(Venetiis, inter diem IX. mensis Decembris a. 1438 et diem XXV. mensis Ianuarii a. 1439.)

Isota Nogarola Nicolao Barbo S. P. D.

Etsi sæpenumero decreveram me aliquid ad te scribere, ut id quod tibi debebam persolverem neque id egerim, abs te peto, ne putes me tui oblivione aut ambitione adductam id muneris neglexisse, quando id occupationibus meis persolvere nequiverim, licet occupationes meæ in litterarum studiis versentur. Nunc

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)*.

(4) Isotta *V.* Nog. *om. M.* Barbaro *M.* S. P. D.] Salutem *C.* Responsio ysothe N. s. p. d. *est titulus in G.* (5) me] at me *C.* (6) antequam ad *C.* ut *om. C.* (8) ab te *V.* me *om. M.* tue *G.* (9) ambictione *V.* (10) neglecisse *C.* id] ab *M.* (11) persouere *C.* (12) versantur (?) *G,* versent *V.*

cum me ad scribendum vocaveris, ingrati, imprudentis audacisque hominis officium existimavi, me tuæ honestissimæ voluntati non morem gerere quo res cumque cadat. Vereor enim cum ipsa mecum animadverto, quo in loco, quibus censoribus litteras lego, ne mihi obiciatur id, quod Petronius Arbiter, vir sane doctissimus, optime ac vere ioco dixisse visus est. Ait enim: postquam aliquis versum pedibus instructum sensumque teneriorem verborum ambitu intexuit, putavit se continuo in Heliconem venisse. Illud quoque Pithagoreum erga me constitutum esse cognosco, quo iubet discipulos suos non minus quam biennium tacere initio, ne, quod turpe est, falli, errare, decipi viderentur, vel quod nondum satis explorate percepissent pertinacius ipsi defenderent.

(1) vocaveris *om.* *V.* ingentis C. (2) pudentis C, impud. *M.* (3) me *omm.* *CM.* (4) morem non gerere *GM.* quocumque res *G.* (5) ipse *GM*, ipsam *V.* mecum *om.* C. (7) ne] me *G(!)V.* id obiiciatur *V.* petroneus *M.* (8) optime *om.* *V.* (10. 11) sensuum C. (12) se illico *GM.* eliconem *CGM.* (13) pitag. *CGM.* (14) congn. C. (15) bienium C. (16) fali C. errari *G.* (17) nundum *V.* explorare C. (18) pertinatius *M*, pertinaciter *V.*

Tu namque optimus testis eris, me tuo impulsu ipsum respondendi munus subiisse. Quare brevem et incomptam a me accipies epistolam, quæ si tibi de tuis in me cumulatissimis laudibus dignas non aget gratias, non epistolæ neque voluntati, sed ingenioli mei parvitati adscribas oro. Non sum nescia, quod caritas tua in me incredibilis te ista de me quæ non tam vera quam magna sunt credere et scribere coegit. Tuam tamen istam voluntatem ac benivolentiam erga me libenter amplector et ab animo humanissimo omnia et dicta et cogitata mihi persuadeo. Nam quibus verbis lætitiam quam ad me attulit epistola tua exprimam, tum quia eam maximum præmium meæ (si qua est) virtutis esse duco, tum quia quod a Cicerone aliisque eruditissimis viris dictum accipio verissimum esse affirmo: eos etiam quos nunquam vidimus propter virtutem et pro-

(4) de tuis] decius C. (5) eget *V*, *om.* *G.* (6) set *GV.* (7) ascribas C, describas *GM.* (8) in] mihi C. (13) omnia *om.* C, omnia et *omm.* *GM.* persuadebo *G.* (15) quare ea *V.* (16) maxime *GM.* proemium C, *om.* *G.* (16. 17) virtus *V.* (17) quare quod *V*, *om.* *G.* quod *om.* *M.*

bitatem amamus! Nam tantum meus in quoscumque doctos in horas crescit amor, quantum vero novo viridis se subicit alnus. Nonne legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse provincias, novos adiisse populos, maria transisse, ut eos quos libris noverant coram quoque cognoscerent? Ad Titum Livium lacteo eloquentiæ fonte manantem de ultimis Hispaniæ Galliæque finibus quosdam venisse nobiles legimus et quos ad contemplationem sui Roma non traxerat unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis celebrandumque miraculum, ut urbem tantam ingressi aliud extra urbem quærerent. Nonne illos qui virtute præditi sunt tamquam divinos inter alios effloruisse cernimus? Cato exilio reductus navibus advectus cum urbem intraret,

(2) cresit *CM*. (3) subiciat *M*, subiicit *V*. Numne *GMV*. (4) hyst. *C*. quosdam *om*. *V*. lustrase C. (5) adisse *G*. (5. 6) transiisse ? (6) liberis C. (7) At *G*. T. L. *CV*. (8) manante *CM*, manasse *V*. (9) hysp. galieque C. quodam *G*. (11) tr. hunius *V*. (12) illa civitas *C*. (14) orbem *M*. ingessi *V*. (16) predicti *V*. (17) Catho *G*. e Cipro r. *V*. (18) aductus C.

omnis magistratus, omnes sacerdotes, omnis senatus, item maxima pars plebis sic obviam processerunt, ut utrimque ripa Tiberis compleretur nec a triumpho multum differret eius adventus. Plura possem in hoc loco clarorum virorum exempla recensere, sed aures tuas fastidio afficerem, cum hæc tibi æque ac mihi nota sint, sentioque me nimis dicendi habenas relaxare. Nam si singulis immorari mihi concederetur, percuperem ego nimis virtutem dignis laudibus exornare. Verum haud meo convenit sexui talia onera viris peritissimis relinquenda subire, cum etiam illis aliquando Aethna graviora videantur. Et recte sane. Quis enim tanta est eloquentia tantoque ingenio, qui dignas laudes virtuti tribuere posset? Qua ex re finem mihi imponam, si te obtestata fuerim, ut omnes horas, omnes

(1) omnes m. *GMV*. omnes s. *GMV*. (3) utrinque *GV*. ripam *M*. tybris *C*, tyberis *V*. (3. 4) complerent *M*. (4) differeret *C*. (6) empla recenscere *GM*. set *GV*. (7. 8) cum eque hec tibi et michi n. *C*, cum eque (equa *M*) mihi ac tibi n. *GM*. (8) sentio *GM*. (9) singuli *C*. inm. *M*. (9. 10) mihi imm. *G*. (10) ego percup. *C*. (12) haud] aut *C*. honera *V*. (13) relimqu. *C*. etiam] et *GM*, *om*. *C*. (14) aliquando] antequam *C*. (15. 16) tanto ing. *V*. (17) potest *M*.

curas studiis litterarum impendas, quæ tantum solæ te immortalem efficere possunt, mihi vero indulgeas, si tibi dignas de tuo in me amore tuisque laudibus non ago gratias; quoniam tacere constitui, quando quidem tua in me præconia nedum æquare, sed nec illis respondere posse cerno. Tibi tantum summas habeo gratias agamque, dum memor ipsa mei, dum spiritus hos regit artus. Vale et in augenda virtute te ipsum vince. Ex Venetiis.

(2) possint *V.* (3) michi *C.* (5) qu. tac. const. *omm. GM.* (6) nondum *C,* nundum *V.* set *GV.* (7) ne *V, om. C.* tantum] non *V.* (9) regat *GM.* (10. 11) Ex Ven. *om. G.* Vale *addit C.*

XXVII.

(Venetiis, die XXV. mensis Ianuarii a. 1439.)

Nicolaus Barbus Isotæ Nogarolæ Salutem plurimam dicit.

QUAMQUAM mihi præter opinionem meam nequaquam acciderit, ut illam præclaram ingenii tui indolem per quædam quodammodo involucra antea perspectam tua quam abs te accepi mearum litterarum responsione optima iam facultate adepta cognoscerem ac contemplarer, tamen cum tuam facun-

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)*.

(3) Isottæ *V*. (3. 4) Sal. Plu. dicit *V*. Nicolaus Ysothe in elegantiori stilo quam prius obviat *est titulus in G*. (7) preclari *G*. (8) quodadmodum *V*. (8. 9) involuta antra *C*. (9) perspecta *C*, perfectam *G*. tuam *G*. tua quadam abs *V*. (10) literarum mearum *V*. (11) iam] tam *V*. (12) cum *om*. *G*.

dissimam epistolam electo ac ornatissimo stilo compositam in uno quoque verbo maxime commorans etiam atque etiam legerem, summo ac vehementi dolore affectus sum a me ipso causam efferendi ineptias meas tibi esse porrectam. Animadvertebam enim non mediocrem sed singularem prope quandam dicendi facultatem tamquam a me iam partam, quam valde optarem posse in me non immerito desiderari, præclarissimis laudibus a te ipsa in his tuis suavissimis litteris in cælum usque extolli. Quibus facile conicio vel, ut verius dicam, iam oculis discernere videor hoc (sicuti a nonnullis accepi) familiæ tuæ hereditarium bonum in te maiorem quam putarem gloriam excitaturum. Antea etenim tuam dicendi mirabilem elegantiam tamquam navem quandam prætereuntem strictim aspexeram nec temporibus

(1) epist. *omm. GM.* (2) stillo *V.* (2. 3) maxime *om. M.* (3) commemorans *CV.* (4) ac] atque *V.* (5) a *om. C.* (6) meas *om. C.* porrectas *codd.* (7) set *GV.* (9) possem *C.* (10) in merito *M.* (11) hiis *CG.* (13) cognitio *C*, coniicio *MV.* (14) sicut *V.* (17) enim *GM.* tua *V.* (18) tamque *C.* quamdam *M.* (19) strictum *C.* nec t. *om. V.*

nostris tam lautam suppellectilem in muliere potissimum unquam inesse consideraram. Quod si primo ullo modo mihi venisset in mentem, aut etiam si quando antequam meas ad te litteras darem intellexissem, quam gravissimum tecum subirem in dicendo iudicium, forsitan aliquantulum compressissem hunc mei nimium ad te scribendi ardorem mihique præcavissem, ne te ruditatis meæ spectatricem esse sinerem. Verum tamen quoniam decrevi tecum quoad potui excitare meam hanc ingenii tarditatem et quoniam institui te fore potissimam causam qua pingui etiam Minerva ad aliquam in dicendo sufferendo mediocritatem evaderem, in hoc meo probatissimo desiderio liceat mihi incurrere vel insolentiæ vel alius cuiuslibet gravissimi criminis suspicionem illosque pudeat, qui ignavia animi ac desperatione supersederunt his aliisque

(1) nostris *om. V.* lauta *C.* supell. *V.* (2) nunquam *CGM*, *om. V.* considera *C*, considerabam *GM.* (3) mihi *om. V.* evenisset *CG.* (7) forse *G*, forte *M.* aliquando *V.* compresissem *CM*, comprensissem *GV.* (8) mihi *C.* (13) innerva *C*, minetia *V.* (14) ad] et *CM.* (15) evad., igitur in *G.* (17) alicuius *C*, alterius *GM.* (19) hiis *CG.* hisque aliis *V.*

nobilissimarum artium studiis. Nec vero velim credas me ab hac laudabili opinione deterritum esse ipso illo Pithagoreo instituto, qui, ut epistola tua declaras, iubebat discipulos suos non minus biennio tacere. Te namque scio peroptime habere compertum non quemadmodum in philosophia sic multum afferre in hac nostra dicendi facultate assiduum ac diuturnum adhibere et in pronuntiando et in scribendo silentium. Quamvis enim prope soli dicendi artificio, cum a ceteris non abhorrescat, pronuntiandi atque scribendi exercitatio concessa sit ac dedicata, tamen in scribendo præcipue, quo nobis mentis intuitu quærentibus totoque ingenii acumine excogitantibus omnes gravissimæ sententiæ atque illustria verba per se ipsa offerunt et non vocata respondent, ad hanc dicendi artem non

(1) nobliss. *C*, nobilliss. *V*. Hec *C*, Hoc *M*. (3) pictag. *C*, pitag. *G*, pithagoroo *M*. (4) declarat *GM*. (5) bienio *V*. (7) phylos. *C*. (8) assiduam (*om.* ac d. adh.) *C*. et *G*. (9) pronunc. *GV*. pr. et in pronunciando et in scr. *G*. in *om*. *C*. (10) scilentium *C*. proprie *CM*. (11. 12) abhorreant *CM*. (13) ac] et *CM*. (14) precipua *G*. vobis *V*. (15. 16) exercitantibus *C*, excogitacione (?) *G*, excogitantibus *M*. (17. 18) vocatu *G*, vocatie *M*, vacata *V*.

mediocrem quandam consequimur utilitatem. Quod cum M. Crassi eloquentissimi viri testimonio inserto in eo Ciceronis libro qui Orator inscribitur multo sit laboriosius ac difficilius, hoc tamen tibi persuadeas, eam delectationem ac voluptatem qua in epistolæ tuæ responsionem conor incumbere tantam difficultatem magna ex parte limasse; singulari namque et ingenii et studiorum et morum tuorum scias me amore flagrare. Qua de re video me posse facillime hanc meam honestissimam causam defendere censore etiam M. illo Superiore Catone. Sed quoniam in reliquum spero mea hac arrogantia tuas facundissimas epistolas non minimam mihi materiem fore daturas in hac probata et a me iam diu exoptata scribendi palæstra, in præsentiarum non est mihi visum eas quas deberem dignas tibi persolvere gratias, quod

(1) consequitur C. (3) miserto C. (4) laboriosus *CGV*. (5) tamen] modo *V*. (7) inc. tam *V*. (8) lymasse *C* (8. 9) Singuli C. (11) facilime (*sic etiam M*) me posse *G*. (12) causam *om*. *V*. deffendere C. (13) Cathone *GM*. (16) matrem *V*. (17) palestras *V*. (17. 18) impres. C. (19) grates *GM*. quia *V*.

tuam incredibilem dicendi copiam tandem per litteras tuas mecum communicare volueris. Si ergo semper aut aliquando omnes humanitatis studiis deditissimos vehementer adamasti et si me horum studiorum diligentia ardentem non retardandum sed potius inflammandum esse existimas, te admodum obsecrabo ac obtestabor, ne prætermittas hoc iam a te sumptum litterarum commertium, neve te ullo modo retrahas ab hac nostra præstantissima scribendi consuetudine. Quod si a te impetravero, tunc facile comprehendam in tuis tantis de me mirabilibus laudibus te non adulatione, non quadam animi simulatione fuisse adductam, et hac re manifeste cognoscam ea quæ de me tam præclara in epistola tua scripsisti a sensu etiam

(2) commonicare *C*, comunicare *V*. (3) ergo] enim *M*. (5) me studiorum meorum *CGM*. (5. 6) dilligentiam *C*. (6) retardandam *G*. set *GV*. (7) inflamandam *G*, inflamandum *MV*. (8) obsecrabor *V*. et *C*. pretermissas *C*, pretermitas *V*. (9) a te iam *C*. sumtum *G*. comertium *CV*. (10) ne te *C*. nostra *om*. *M*. (12) a *om*. *C*. facille *V*. (14) adulatione, non] adulatione, nec *CGM*. quandam *C*. (15) aductam *CV*. et in hac *V*. (17) etiam] et *V*.

tuo verissime abhorrere. Vale mea summa spes et me mutuo amore diligas. Ex Venetiis VIII. Kal. Februarias.

(1) verissimo non abhorrem *C.* (2. 3) Ex Ven.—Febr. *om. G.* (3) VIII. Kal. Febr. *om. M.* Februarii *C.*

XXVIII.

(Venetiis, anno 1439.)

Isota Nogarola Reverendissimo in Christo Patri et Domino Domino Francisco Cardinali ac Episcopo Veronensi S. D. P.

Memini me legisse, pater reverendissime, Ciceronis esse sententiam, malle se indisertam prudentiam quam stultam loquacitatem, cui cum assentirem, multis ut ad te scriberem hortantibus, decreveram omnino tacere, sexui meo mi-

Collati sunt: Codex Vindobonensis nr. 3481 *(C)*, Guelferbytanus *(G)*, Monacensis *(M)*, Veronensis *(V)* et editio a. 1846 *(E)*.

(3) Isotta *EV*, Ysotha *G*. Nagorala *G*. Rev. *(sic) E*. (4) et] ac *C*, *omm. GM*. Domino *om. G*. Ffrancisco *G*. Fr. Condulmerio Card. *E*. (4.5) Franc.—Ver. *om. V*. (5) ac] et *GM*, *om. E*. Verone *C*, Versis *G*. D. P. *om. C*. (8) male *V*. se malle *G*. indesertam *CGM*. (9) cui] &c. cui *G*. cum] ut *E*, non *GV*. (9. 10) assentire *M*. (10) scribere hortationibus *G*.

nime convenire existimans onera viris præstantissimis relinquenda subire. Perdifficile itaque et maximum suscepisse negotium confiteor, non meis freta viribus, non dicendi vi, non eloquentiæ gloria adducta, sed sola, ut Augustinus inquit, quam secundum deum animo ac mente concepi, caritatis tuæ causa compulsa, quæ me ignaram pariter et indoctam ita ad dicendum hortatur et provocat, ut cum loqui nesciam, tacere non possim. Tu igitur pro tua humanitate nudam hanc nullo ornatu nullaque venustate comptam accipies epistolam loco muneris excellentiæ tuæ porrectam a me muliere huius propositi et ab auro rebusque pretiosissimis penitus aliena. Benigno quam ac hilari vultu, ut soles omnia, accipies, pater reverendissime, cum pro tua sapientia probe nosti, aurum neque

(1. 2) peritissimis *EV*. (3) suscepi *M*. (5) aducta *C*. (7) char. *EV*. (7. 8) causa compulsa] tam compulsa *C*. præstantia *E*, causa compressam *V*. ign. peritam effecit et *E*. et *om*. *G*. (10) l. me n. *G*, l. ne n. *M*. possum *CG*. (12) corruptam *GM*. accipias *G*. (15) pen. arena *G*. (16) benigne *CG*, benigna *V*. quod *C*, quidem *GM*, *om*. *V*. hylari *CMV*. (16. 17) omnia soles *EV*. (18) nostis *C*, cognoscas *E*, noscis *V*.

argentum, nec quidquam eorum quæ dantur munus esse, sed ipsam tribuentis voluntatem. Testem profecto, ut dixi, suscipies meæ in te reverentiæ, caritatis et gaudii, quod ex adventu tuo una cum civitate nostra non minus sensimus quam Romana civitas ex adventu Catonis acceperit, qui exilio reductus cum urbem intraret omnis magistratus, omnis senatus, omnes sacerdotes, item maxima pars plebis sic obviam processere, ut ripa Tiberis utrinque compleretur. Quapropter tibi ac civitati nostræ advenio congratulatura. Nam cum fide, integritate, constantia, moderatione, æquitate, prudentia, iustitia, caritate plurimum polleas, quarum virtutum omnis laus in actione consistit, parata est tibi in hac civitate nostra palæstra, in qua magnificum et devotissimum utique, ut ubique soles, periculum de te præstabis, et ita præstabis, ut famam

(1) quicquam *MV*. quæ d.] quoddam *EV*. (2) set *C*. tribuere *E*, tribuitis *V*. (3) meæ] me *C*. (4) char. *EV*. et *om*. *C*. (6) sentius *C*, senserimus *M*. humana *G*. (7) Cathonis *G*. accepit *C*. (10) rypa *M*. (10. 11) tybris *C*, tyberis *M*. (12) et c. *C*. congrat. adv. *EV*. (13) fidei *EV*. (13. 14) m. et æqu. *GM*. (14) caritati *C*, charitate *EV*. (16) constistit *V*. (18) devoctiss. *V*. utique *omm*. *CGM*. ut *om*. *V*. (18. 19) de te per. *E*. s. p. de te soles de te præst. *G*.

dignitatis et excellentiæ expectatio, expectationem vero superet admiratio,et sic pretiosissimis animi et magnanimitatis, integritatis ac devotionis thesauros depromes, quibus permota universa civitas nostra, universus clerus suum bene vivendi iter auxerit in dies. Nam si priscorum et maiorum nostrorum posita ante oculos non parum ad bene vivendum conferunt exempla, quanto magis tua nobis proderit præsentia, quæ per omnes vitæ gradus bene ac beate ambulantem intueri et contemplari licebit, bonos tuendo, egentibus et pauperibus Christi opitulando, oppressos erigendo, facinorosos deprimendo, loca religiosa visitando? Quæ cum a tenera usque ætate exercere solitus sis, non mirum est, si Romanus Pontifex, si Cardinalium cœtus, si Romana ecclesia te Cardinalem et Episcopum nostrum, te Camerarium, te Vice-

(2) super est *GM*. (3) ac] et *G*. (4) thezauros *G*, tesauros *M*. (6) augeant *E*, augeat *V*. (7) et] ac *C*, aut *EV*. (10) quem per *CM*. (11) beate] beate vivendi *M*. (12) et] aut *CM*. complectari *EV*. b. scilicet t. *V*. (13) egentis *G*. ac *CM*. p. et tristibus opit. *G*. (14) depprim. *G*. (15) visitare *GM*. (17. 18) cætus *E*. (18) eccl.] etiam *C*. (19) te ecclesie vicec. *C*.

cancellarium voluerit ac postremo legatum contra Theucros pro Christiana fide ac divina religione dignissimum iudicaverit. Quam sane provinciam, quod sane munus obeundum læto vultu, lætiori animo, summo ardore ac studio pro tua in Christum pietate suscepisti. Non te itinerum labores, non regionis calores ac frigora, non maris ipsius ac bellorum pericula deterrere potuerunt. Quin immo vitam exponere et mortem subire non recusasti, dummodo Christianæ fidei et militanti ecclesiæ usui ac adiumento esse possis. Et recte sane. Facile enim humana et ipsam denique vitam contemnit qui recte, qui pie, qui vere Christum sequitur. O beata civitas, quæ talem nacta est pastorem, tutorem et præsulem et amœnissimum diversorium, in quo tuis sepositis curis faciliter conquiescas, cui animarum tuarum cura credita, cuius

(1) volerit ac postremum *C.* (2) hæreticos *E*, teucros *V.* (3) dignum *EV.* iudicavit *E.* (4. 5) abeundum *C.* (5) lætiore an. *E.* (6) et st. *C.* (7) regionum *G.* (8) cal. et fr. *GM.* (9) deterere *V.* (10) imo *C*, ymo *GM.* morte *CM.* (11.12) militantes *C*, militantis *GM.* (12) et adi. *C.* potueris *E.* (13) etenim *V.* humanam *G.* (14) contempnit *G*, contempnis *M.* (16) nata *CV.* (18) cunqu. *V.* (19) reddita *EV.* cui *E.*

fidei et integritati salus tua commissa est, et ita commissa est, ut Veronensis populus hanc tuam dignitatem non solum tibi, sed et sibi sempiternam optare, deum precari ac longis orare votis debeat. Omitto plurima quæ in laudem virtutum tuarum hoc loco mihi dicenda supersunt, summum ingenium, plurimarum rerum usum et experientiam, humanitatem, comitatem, in doctos viros amorem et benivolentiam, quando neque hic commorandi locus est neque meum institutum, neve hoc scribendi munus adulandi causa suscepisse videar et quod in aliis reprehendendum censui ipsa committam, neve garrula muliebrique lingua epistolæ modum excedam, præcipue cum non ignorem nimiam in fœminis loquacitatem a maioribus nostris detestari. Finem igitur mihi faciam,

(1) et] ac *GM*, *omm*. *EV*. integritas, cui salus *E*. tua *om*. *C*. comissa *V*. (1. 2) et ita c. est *omm*. *GM*. (2) comissa *V*. (3) set *V*. (5) votis orare *G*. deant *C*. (6) quem l. *C*. (7) sumum *V*. (8) experigentiam *G*. (9) hum. et com. *EV*. (10) honorem et *E*. (10. 11) hic neque *C*. (11) est *om*. *C*. (12) genus *G*. (13) caussa *EV*. (13. 14) aliis semper repr. *GM*. (14) comittam *CEGMV*. (15) garula *CV*. (18) nostris *omm*. *CGM*.

pater reverendissime, si excellentiæ, si maiestati tuæ pro tuis in omnes nos, in familiam nostram amore et caritate et meritis gratias egero et me ac fratres meos tibi commendavero, et Leonardum imprimis, qui tuo auxilio, tuo ductu et auspiciis deo se omnino dedicavit. Hunc igitur, in quem caritatis tuæ iam signa relucent, in tutellam et patrocinium suscipe. Quod si feceris (facies autem tua humanitate) non dubito aliquando et illum quoque dei nostri ecclesiæ ornamento et usui futurum. Vale.

(1) excelenciæ *V.* (2) pro tuo *E.* omnes nostros *E.* (3) charitate *EV.* ac *M, omm. EV.* grates *G.* (4) ege C. et fr. *EV.* (4. 5.) comend. *C.* (5) leonhardum *M.* (6) dee *G.* (7) dicavit *E.* Nunc *CGM.* char. *EV.* (8) tutelam *EGM.* et] in *CGM.* (9) autem] eciam *G.* (10) alioquin *E.* (11) quo *CGM.* nostri dei *G.* (11. 12) uso futurum. Vale. ffiniunt epistole Laus Deo *M.*

XXIX.

(Veronæ, die XX. mensis Augusti a. 1438.)

Damianus Burgus modestissime et sapienti virgini Isote Nogarole se pl. comendat.

QUEM dolor gravare ceperit, pendere supra et premere circumquaque molestie solent, quoniam sic natura mala conveniunt. Quod mihi nequaquam videtur admirandum. Nam bona et mala disconvenientia sunt et propterea promiscua stare non possunt. Ex hac igitur vera conclusione equo patior animo, Isota amantissima, si mihi ad levandum merorem et luctum tue littere solamine forte plene non acciderint. De quibus

Damiani et Eusebii Burgi litteras ex autographo *(C)* in tabulario Civitatis Veronensis asservato edidimus, ex quo accuratissime transcripsit Petrus Sgulmèro. Isotæ ad Damianum litteræ in codice Ambrosiano *(A)* et Riccardiano nr. 924 *(R)*, nonnullæ etiam in codice Riccardiano nr. 407 *(F)* extant.

mihine reddite fuerint, Ioh. Fed. noster tuo iussu accurate interrogavit. Molestum id audire sane fuit et dolorem exasperavit, quod eo solatio carui, quod meum levare luctum certe poterat aut magis magisque lenire. Mollem profecto, si penitus non sedassent, tue que evanuerunt littere dolorem meum ex obitu fratris et filie conceptum fecissent. Non enim umquam tanto dolore afflictus sum, quod tua consolatione non respirem ac pacato animo non conquiescam, tanta solet esse mulcedo cum ratione condita. Documentis namque tuis non minus intestinus dolor noster remoluisset quam Ciceronis desiderio filie Servio Sulpicio placante et moderatus et cómminutus est. Venissent utinam tue littere meo in acerbissimo casu, que numquam magnum dolorem sivissent invalere. Iam enim ita frictus sum, ut langore succidui titubent gressus et cana barba nascatur ac decoloratus sim totus sanguine exaustus. Quid ni? Amisi dulcissimum fratrem, quem paucis post diebus dilectissima filia mea a vita deficiens subse-

(17) i . . uū d. C. (18) I . m C.

cuta est, quam disciplina litterarum (sic enim iam suum accomodatum ingenium concinaveram) tui instar futuram esse sperabam, ut esset que splendore ingenii et auctoritate doctrine meam demulceret senectutem et mei generis feminarum illuminatum foret exemplum, ubi studiorum meorum opera longeva posset posteritas conspicari. Sed tamen grate mihi quamvis tardo reddantur tempore erunt littere tue et innati doloris duram et veteratam rubiginem poterunt forte aliquando limare, quarum expertem me, precor, esse non sinas. Gesta Tolentinorum et nostre rei publice calamitates ad clarissimum equestris ordinis virum Iac. Lavagnolum sororium superioribus diebus scribens mandavi, ut tibi ostenderentur, quo possis, si placeat, historiam distendere noviorem. Sed rellatu tabellarii ad manus Christofori Peregrini tui pervenerunt cum litteris Ioh. Superancii mei connexa. Que utrum reddita sint, nescius esse non cupio. Placet in calce litterarum que poscebat exordium persolvere velle. Primo namque meum erat officium spectabili tue matri, quam ob eius digna

merita et caritatem erga me suam colo et adoro, maxime comendari. Cui me sic prius peto comenda. Hec pestilentia male nobiscum agit, nam singulo die XXX. et XL. ferire et necare non desinit. Dubitamus propter autumnum maiores ne recipiat vires, quod si fiet, peribimus funditus et actum erit de hac civitate. Vale Ex Verona XX. Augusti 1438.

A tergo : Clarissime et sapienti virgini domine Isote de Nogarolis sue in primis colendissime.

Venetiis in domo spectabilis militis domini Antonii Bonromei.

XXX.

(Venetiis, die X. mensis Septembris a. 1438.)

Isota Nogarola docto viro Damiano Burgo.

LITTERAS tuas ex quibus tuam excipio excusationem accepi, cur me tam tarde de doloribus tuis certiorem reddideris, idque tantis exemplis ornateque corroboras, ut me invita necesse sit credere. Cognovi enim te quam plurimum admirari meque ferream et immanem vocare, quæ te horter ut flere iam desinas et tuorum funera sicca relinquas. Dolori enim tuo tribuo, qui te contra credere compulit idque gentilium et sanctorum exemplis affirmare. Mihi enim ante oculos posuisti Iob virum sanctum longo

(3) docto viro *om. A.* (4) ex *om. A.* accipio *R.* (5) me *om. R.* (9) teque plur. *R.* (11) hortor *A.* (12) sisca *R.* (15) pos. Ioseph vel Iob *A.*

tempore filiorum morte doluisse Iesumque nostrum Lazarum amarissime flevisse teque ex hoc mirari, quomodo te lugere prohibeam. Sed facilis ad hæc est responsio, quam tu dolore impeditus minus fortasse perspicis. Refert beatissimus Hieronimus noster in epistola ad Tyrasium, Iesum non doluisse Lazarum dormientem sed resurgentem, quoniam eum laboribus mundi reddere volebat. Unde notum est non mortis Lazari causa doluisse, sed quod ad hostilem vitam propter incredulos confundendos Lazarum revocare urgebatur. Iob vero et ceteri qui filios et fratres amiserunt et planxerunt eos mortuos in inferno existimabant, quoniam, ut inquit Apostolus, regnavit mors ab Adam usque ad Moysem et super eos qui non peccaverunt. Concessum est enim mortuos lugere, sed illos quos orcus devorat, in quorum pœna ignis æternus æstuat, non eos, ut tui, quos angelorum turba comitatur, quibus obviam Christus

(1. 2) filiorum—amarissime *om.* *R.* (4) est occasio *R.* (6) reffert *R.* hyer. *A.* (7) Tirasium *R.* (14) amisserunt *A.* am. et *om.* *R.* (17) Moisem *A.* peccaverint *A.* (19) orchus *A.* penna *A*, pena *R.* (20) extuat *AR.* (21) comittatur *R.*

occurrit. Sed magis dolendum est eos diutius in hoc tabernaculo mortis habitare. Noli eorum sortem dolere et mundi calamitates relinquere. At, inquies, cogita me patrem et fratrem esse. Verum cum cogito te hoc lugere, non prohibeo lacrimis, ignosco, sed quære modum in dolore et (repetens iterum iterumque moneo) ne te doloribus crucies teque virum esse memineris. Et tibi tuenda est gravitas et constantiæ serviendum ; tibi enim turpe est hunc communem incertumque casum quem quisque nostrum nullo *modo* vitare potest sapienter non ferre. Cogita optime cum his actum esse qui mortem hoc tempore cum vita commutarunt, cogita nihil novi tibi accidisse, cogita nos ea conditione, ut inquit Cicero, natos esse, ut omnibus *telis* fortunæ præposita sit vita nostra, neque recusandum esse, quominus ea qua nati *sumus*

(1) magnus *R.* dolenda *A*, dolens *R.* divitius *R.* (2) in hac tabernacula *R.* (3) et] ut *R.* (4) At diceres c. *R.* (5) hoc te *A.* (6) lachrimis *R.* ignosce *R.* (7) reppentes (*om.* iterum) *R.* (8) monebo *A.* te *om. R.* cruties *R.* (9) Et *om. R.* (11) comunem *R.* (12) nullo nostrum *R.* (14) cum is actum est *R.* (16) condictione *A.* (17) tellis *AR.* (18. 19) accusandum *A.*

conditione vivamus. Qua ex re noli te macerare, si nos valere cupis. Testor deum et sanctos angelos, quorum consortio filia tua fruitur, me ita pari molestia affectam esse, ut ipsa penitus consolatione egeam quæ te solari cupio. Ita enim lex amicitiæ postulare videtur. Qua ex re finem iam lugendi et dolendi face, tibi parce et parce amicis tuis, qui tuo dolore mærentur; parce ipsis mortuis, qui te hoc facere nolunt, nihilque, hoc mihi crede, honestius facere poteris. Reliquum est ut tibi ingentes agam gratias de laudibus quas mihi tribuis. Quod autem tuo in me amore mea consilia sequi decreveris, id mihi certe gratissimum est nihilque mihi iocundius hoc tempore evenire poterit, quam si hunc dolorem utriusque nostrum communem fortiter ac sapienter te ferre intellexero. Quod autem in calce tuarum litterarum me obsecras, ut amorem meum erga te non

(1) condictione (2) Christum et *R.* (3) angelos *A.* (5) te] tibi *A.* (6. 7) postulat. Qua re *A.* (7. 8) lug. et lugendi face *R.* (10) volunt *A.* (12) gratias agam *A.* (12—14) laudibus—amore *om. R.* (13) Qui *A.* (16) evenerit quam *A.* (17) hunc *om. A.* comunem *A*, *om. R.* (18) f. et s. *A.* (19) Qui *A.*

minuam, hoc unum te scire volo, tantum in horas crescere, quantum vere novo viridis se subicit alnus, et ante pererratis amborum finibus exul aut Ararum Partus bibet aut Germania Tigrim, quam nostro tuus labatur pectore vultus. Vale.

Gratissima mihi fuerunt gesta illa Tolentinorum, quorum copiam cum tuis litteris ad me misisti, teque oro, ut sæpius ad me scribas, quid istic agatur; de calamitatibus quoque rei publicæ nostræ — sed dabit deus his quoque finem — crebro significa, mihi enim gratissimum feceris. Iterum vale. Ex Venetiis die 10. Septembris 1438.

(1) volo *om. A.* (2) virdis *R.* (3) alvus *A*, almis *R.* (4) araum *R*, Ararim? libet *R.* (7) Et grat. *R.* (7. 8) Collentinorum *R.* (8) literis tuis *A.* (10) istis *A.* (11) nostre rei p. *R.* (12) cribro *A.* (13. 14) Ex Ven.—1438 *om. A.*

XXXI.

(Veronae, die IIII. mensis Decembris a. 1438.)

Damianus Burgus Veronensis clarissime virgini Isote Nogarole Nogarole se pl. comendat.

Qui peregre vadunt, inde cum redeunt, res novas secum aut ostentationis aut comunis comoditatis ferre solent et eas quidem, que fere aut nulle vel rare sint, sed tractare et frui magis optamus. Quod quia tempus prope venit, quo tu cum cetera Nogarola prosapia expectata redeas in patriam et tuos venias lustrare penates, sicuti tandem cedit pestis et veteri satiata hospicio recedit et migrat, tibi censeo commemoroque faciendum. Aliter autem nostratibus finibus egressa ut peregrinum percen-

(4) *dele alterum* Nogarole (5. 6) cum . . . eunt C. (7) aut *in C periit.* (13) sicu . . . tandem C. (15) fac . . . um C.

seas orbem non videberis. Probabis, scio, sententiam meam, sed forte dices, quod ex multa novarum rerum copia quarum optionem facere debes, nescias. Ego vero etsi tua prudentia discernere et scias et possis, tamen, quid tam pulchrius quam comodius deligas, putavi tibi proponere, cum quod mihi tecum comune sit (sic enim de rebus nostris vicissim pepigimus) tum quia tibi et usui et voluptati fore spero. Commemorare videtur, ut ex omnibus dignissimis rebus primum exquiras et excerpas Servium, quo nobis revellante sensum et precordia omnium poetarum principis Virgilii cognoscere possimus et flore sue orationis comati et nitidi inter facundos homines procedamus et coruscemus. Alios calamistratos crines et ancias si tibi fuerint gratiores ferto, modo hoc monile non reffellas, quod tibi erit divino decori. Vale virtutum decus et virginitatis specimen.

Ex Verona quarto Decembris 1438.

A tergo : Carissime et spectate virgini domine Isote deNogarolis sue preter ceteras colendissime.

(12) seruium . . o C. (22) *lege* clarissime.

XXXII.

(Veronæ, die II. mensis Ianuarii a. 1439.)

Damianus Burgus Veronensis clarissime et doctissime virgini Isote Nogarole se pl. comendat.

Quecunque a nostro quamvis temerario et audaci proficiscuntur ingenio ego excudo, te censorem deligo, nam tua quod singulari in me benivolentia mitius delicta mea corriges, vel si probaveris a nullo redargui dubito, sed probatum iri ubique gentium confido. Res Brixiensium nuper gestas quidam civis indigentia ad hos pretores Veronenses descripsit suo elloquenti sermone. Verum quia, ut aliquorum opinio et iudicium fuit, oportuit aliqua cum dignitate orationis responderi, mihi indigno per clarissimum virum Andream Mocenigum id honeris delatum est, sua magis de me concepta extimatione, quam pre aliis tantum

valerem. Respondi quidem, sed diu tamen et undique mendicato sufragio. Ea vero frusta orationis et fragmina que potui occurentia undecunque venirent iungere adieci. Sed nescius conveniantne, te consulere statui et ad tuum iudicium mitto. Legito itaque et que tua correctione digna visa sint, tua litura corrigito; tunc enim mea falsa esse non credam. Vale. Ex Verona die secundo Ianuarii 1438.

Comendato me gravissime genitrici et splendido Ant. fratri et coniugi, et Iacobo Lavagnolo et spectate Bartholomee iugali mihi comatri dilectissime. Quos omnes in dies expecto preter Ant. conpatrem, quem istic scio clavo Cupidinis fixum esse. Consulo remaneat, ne fallat amorem suum.

A tergo: Clarissime et doctissime virgini domine Isote de Nogarolis sue preter ceteras colendissime. Venetiis.

(8) litu . . a C. (10) *Lege* 1439.

XXXIII.

(Venetiis, mense Ianuario a. 1439.)

Isota Nogarola docto viro Damiano Burgo S. P. D.

GAUDEO deoque ago gratias ingenium meum a te tanti fieri, ut sim quæ dignas laudes tuis elegantissimis ornatissimisque scriptis tribuere possim, quæ quotiens lego Salustium, Livium, Iustinum legere mihi videor, ita eloquenter, ita docte ea gesta Brixiensium et sæva bella descripsisti. Et sapienter profecto Andreas Mocenigus id oneris tibi detulit, quoniam eloquentiam et sapientiam tuam tantam esse cognovit, ut

(3) Nugarola *R.* docto viro *om. A.* (4) P. D. *om. A.* (6) tantum f. ut s. quem *R.* (7) elegantissimis *om. A.* (8) ornatis *A.* (9) quociens *R.* (10) videtur *R.* (11) brisiensium *R.* et *om. A.* (12) Et *om. R.* Mozenigus *A*, Inocenigus *R.* (13) idoneus tibi *R.*

esses qui digne illi eloquenti viro respondere posses. Nam cum tuum ingenium doctrinamque considero, glorior me tibi amicissimam esse, quoniam ex te summam assequor laudem. Nam omnes qui tua scripta ad me vident meque tanti abs te fieri cognoscunt, optimam de me concipiunt existimationem, quoniam, ut tu non ignoras, magnam laudem assequuntur ii quos laudant laudati viri. Qua ex re tuis in me laudibus tibi ago gratias agamque dum vivam. Te enim oro, ne ad me scribere cesses, cum *tua* mihi scripta grata sint et iocunda. Vale. Ex Venetiis.

(2. 3) doctrinam *R.* (5. 6) Nam qui omnes quod ad tua scr. ad me videret *R.* (6) fiere *A.* (7. 8) extimationem *A*, æstimationem ? (8) tu *om. R.* (8. 9) m. ass. laudem ii *R.* (11) gratias ago *A.* (12) autem oro ? (13. 14) Ex Ven. *om. A.* *Sequitur in R distichon :*

Margine praesenti mulieris mascula virtus
Emicat; Italiae femina rara, vale.

XXXIV.

(Veronæ, mense Ianuario a. 1439.)

Eusebius Burgus Damiani semine natus
Isote mittit Nogarola ex gente salutem,
Que insignis cunctas superat virtute puelas.
Dum cari velim sequi vestigia patris,
Quem scio te tenero multum dilligere corde,
Ita tuo curas omnes apponit honori,
Non possum facere, ingenti quin vinctus amore
Sim tecum, quanto se iungit genitor arctum.
Itaque te exoro, quod me tu assummere velis,
Nam semper magna te extollam ad sidera laude,
Bucina iamque tui præclari nominis ero.

Carmen barbarum ex autographo «Clarissime et sapienti virgini domine Isote Nogarole sue super omnes colendissime» misso edidi. Extat etiam in Cod. Bibl. Ricc. nr. 924 *(C)*.

(2) Nogarole C. (3) conctas C. puellas C. (4) velum C. (5) diligere C. (8) iungitur C. arctum *om.* C. (9) assumere C. (11) buccina nanque C.

XXXV.

(Venetiis, mense Ianuario a. 1439.)

Isota Nogarola Eusebio Burgo S. D. P.

Carmina ista tua suavissima nuper ad me allata magnopere me delectaverunt, et cum eorum sensum cogito non possum non admirari. Omissis enim quasi ceteris studiis ad hoc unum te comparasti atque exercuisti, ut versificandi facultatem nanciscaris. Nam noster ille Ennius poetas sanctos appellat, quod aliquo deorum munere commendati nobis esse videantur, et a Cicerone dictum est poetam

Extat in codice Ambrosiano *(A)* et Riccardiano nr. 924 *(R)*.

(3) D. P. *om.* *A.* (4) ipsa *A.* (5. 6) magn. *(om.* me) delectarunt *A.* (7) ommissis *R.* (8) enim *om.* *R.* (10) nantiscaris *A*, naciscaris *R.* (11) sanctos *om.* *R.* aliqui *R.* (12) numine *A.*

natura ipsa valere, cetera vero arte et studio constare. Qua ex re te oro, ne scribere cesses. Gloria quippe agendo periclitandoque acquiritur, et, ut inquit ille, nec spectantibus coronæ sed certantibus parantur. Vale. Te autem oro, ut genitori tuo verbis meis nunties, ut ad me, si fieri potis est, copiam illius epistolæ meæ ad Cardinalem Sancti Angeli mittat; eam enim dedi quam prætori Veronensi se esse daturum aiebat, quoniam prætor eam porro legere desiderabat. Vale iterum. Ex Venetiis.

(1) natura] nostram nam *R*. (3) agendo *om*. *R*. pevolitandoque *R*. (5) parantur] corone *R*. (6) nuncies *A*. (8) Angelli *AR*. (9. 10) Veronesi *A*. (10) daturum se esse *R*. (12) Ex Venetiis *om*. *A*.

XXXVI.

(Veronæ, die XXVIII. mensis Ianuarii a. 1439.)

Damianus Burgus Veronensis clarissime virgini Isote Nogarole se pl. comendat.

Sunt eius generis homines qui etsi ridenda opera faciant, ea tamen perficere non desistunt, ut magis amicis ostensa et visa corrigantur, quam ab ignotis laudata probentur. Nam etsi ignorantia peccare se dubitent, quos risu nictuque oculi persequantur omnes, falsum tamen texere non desinunt, quoniam nimium iudicaturis amicis, quos magne dignitatis et nominis querunt, confidunt. Nam cum ob virtutes et dignitates tuas tua mihi grata sit amicicia, tum ob meorum operum futurum iudicium tuum gratior fit, quodque laudaveris tua auctoritate confusos alios pudebit vilipendere. Liberius igitur res Brixien-

sium gestas mandatu maiorum perstringens, quo notior foret hystoria, si diverso firmaretur ingenio, responsione complecti sum aggressus et eas quidem tantum, quantum potui clariori oratione conari. Sed quoniam tuo vise sunt iudicio comprobari, magis exulto et nihil penitet incubuisse vigiliis. Nunc laborasse iuvat, dulce est meminisse laborum. Nam scio lucubratum opus tua obnitente laude iri non depressum, et tanto minus quanto magis tua probante lectione transcureris. Verum quia ex litteris tuis meas epistulas tue correctioni subiiciendas tibi laudi fore extimas, intelligo, incitatus sum plusculum ad scribendum, ut tua correctione doctior sim, et tu mea legendo et limando, postquam sic opinaris, preciosior fias. Meditabor ergo in occulto bona et ea propalabo iudicio tuo semper.

Sed de his hactenus. Coniunx mea urgente tusci ante maturum fetum peperit puelam, que nec valet, nec puerpera, quare admodum tristis sum, quia decrescente salute crescit langor et tuscis et febris intumescit et toret, et infans ita rauco vagitu est, quod

vix reciprocum habeat spiritum. Quare statui posthac raro meas scribere litteras, nam accedunt ad hoc alie cure intercludentes. Quesivi tuam ad cardinalem epistulam, quam domi habeo latentem, que cum emerserit, illico tibi missa patebit. Vale et matri et fratribus et tuis omnibus me comenda. Tui nepotes belle valent. Dicito dulcissimo fratri Ant. verbis meis quod bella gerant alii, Prothesilaus amet. Comendato me Iacobo Lavagnolo et iugali amantissimis compatribus meis. Iterum vale. Ex Verona XXVIII. Ianuarii 1439.

A tergo : Generose et clarissime virgini domino Isote de Nogarolis sue supra ceteras amantissime.

(12) vale *in* C *nunc deest.* (12. 13) *Sub voce* Ianuarii *ab alia manu eiusdem ætatis* Isota Nogarola *adscriptum legitur.* (14) *Lege* dominę.

XXXVII.

(Venetiis, mense Februario vel Martio a. 1439.)

Isota Nogarola doctissimo viro Damiano Burgo S. D. P.

LÆTOR quotiens ad te scribendum est, tum quia cum litteras tuas accipio magnam inter legendum voluptatem ipsum dicendi genus et verbis et sententiis ornatum affert, tum quia nunquam tantus mæror mentem invasit, quin, cum ad te scribo, de te cogito, non facile acquiescat et reviviscam et mihi ipsi reddita denique videar. Qua ex re ne dulcissimo tuarum litterarum sermone priver, do tibi promissi

(3) nogaro *R.* Damiano Burgo viro doct. *A.* Burgo *om. R.* (4) salutem dicit plurimam *A.* (5) lector *R.* (6) cum *om. R.* (7) interlegendi *A.* (9) tunc *R.* (10) qui *R.* (12) reminiscam *A.* redita *R.* (13. 14) litterarum tuarum *A.*

fidem lubensque pro singulari amore meo tuæ morem gero voluntati, ut quicquid in mentem occurrat de eo tantillam faciam epistolam. Eia igitur, Damiane doctissime, ingenium, virtutem, eloquentiam excute et da operam, ut quamplures tui habeam epistolas, cum ex eis non solum utilitatem, sed immortalem gloriam comparem. Tuum igitur erit sæpius ad me scribere viamque patefacere, ut te audacius sequar hocque certamen ingrediar. Vale.

(1) libensque *A*. (1. 2) singulari—voluntati ut *om*. *R*. (2) quid *R*. (4) eya *A*. (8) immortalitatem *R*. (10) audatius *AR*. (11) Vale &c. *R*.

XXXVIII.

(Veronæ, die XXXI. mensis Martii a. 1439.)

Damianus Burgus Veronensis venustissime virgini Isote Nogarole se pl. comendat.

Quamquam multis a me supereris litteris, addere tamen ad cumulum hinc abeunte Henrico familiari tuo me nequaquam miseret, sed graviori onere tempto et nitor tuum curvare tergum, ut deflexa me spectare pusillum hominem et devotum tuum aliquando cogare, quem iam despicere incipis. Nam digniores forte mirata viros villipendis parvulos et minores. Intelligo nunc de te periculo facto, quantum opulentus polleat cultus et lautus ornatus quantumque humiles et egeni miseri sint homines. Sed tamen hoc inter miserias hominum fruor solatio, quod maiores tanti non extimarentur, nisi minores sibi ministrarent

et sequerentur et sua omnia et dicta et facta probarent. Superbis, autumo, quod super omnes clarissimas virgines virtute superemines exaltata, adde quod turba magnatum crebERque conventus observant fores et nubilem circumstant edem, ut modesta sua discant verba notentque gesta pudica. Nam

Singula visa semel semper memorare licebit.
Herebunt animo nocte dieque suo.

Sed spero futurum tempus esse, quo revertaris in patriam et tuos venias lustrare penates. Nam mihi deserta experieris faxim, quid veteres tuos et inopes ministros et sequaces pro novis et splendidis spectatoribus contempseris. Ego tunc per compita discurens divites omnes procos vestibus et auro micantes a tuo visu terebo, ita ut neminem venustum et luxuriantem virum preter squalidos et incultos fabros tibi obsistentes videre possis. Vale et comenda me genitrici humanissime et tuis omnibus. Ex Verona pridie Kalendas Apriles 1439.

A tergo : Clarissime et elloquenti virgini domine Isote de Nogarolis sue preter ceteras colendissime Venetiis.

XXXIX.

(Venetiis, mense Aprili a. 1439.)

Isota Nogarola doctissimo viro Damiano Burgo S. D. P.

CUPIO ut meæ tibi aliquando litteræ fastidio sint, non ob inconcinnitatem, nam id avertat Iupiter, sed ob nimiam crebritatem. Quod nescio an nunquam contingat, cum tanta sit benivolentia ac humanitas tua; quæ tanta est, ut non solum ego aliique cives qui eam experti sunt (qui medius fidius quam plurimi sunt) testes existant, sed universa civitas hos Virgilii versus decantat:

(3. 4) Isota *est titulus in F.* Pulcherrima epistola *ante titulum scriptum extat in R.* (3) doct. viro *om. A.* (4) Sal. (*om.* D. P.) *A.* (6. 7) inconcinitatem *AR.* (9) sunt *A.* (9. 10) ben. et hum. *F.* (11) qui] cui *A.* (12) plurimum *R.* (13) existimant *R.* si *F.* hoc *R.*

Quæ te tam læta tulerunt
Secula, qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluvii current, dum montibus umoræ
Lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

Testor deum immortalem, Damiane, neminem esse cui plus quam tibi debeam; ita me singulariter ornas et nobilitas et in me amando et ornando nunquam defatigaris. Nemo est qui cum conspiciat, quam singulari amore me diligas, non magnifice de me sentiat meque virtute præditam existimet. Quod cum ita sit, quam ingentes deo agere debeo gratias, cum in tuam venerim familiaritatem, quando tuo testimonio confirmata et sub tua studiorum umbra claresco! Perge igitur, me lauda, me totis commenda viribus, cum mihi nihil iocundius hoc facere poteris. Vale.

(1) te *om. R.* (2) cui *A*, quo qui *R.* gemine *(om. parentes) F.* (3) cum *F.* curent *A.* umbra *A.* (4) connexa *AR.* sydera *F.* posce *R.* (5) honor *F.* (6. 7) imm. me clannam n. esse *F*, imm. nem. esse dam. *R.* (8) ornat *F.* nobilitati *R.* (9) auczorisando et *F.* orn. et am. *A.* defatigatis *F.* (10) cum] civis *A*, *om. R.* quod sing. *F.* (11) diligis *F.* sensiat *F.* (13. 14) deo habere gratias debeo *R.* (14) noverim *F.* (15) quam tuo test. firma *F.* (15. 16) tuo test.—umbra *om. R.* (16) clarescam *F.* (17) comenda *A.* michi *F.* (18) nil *FR.* hoc *om. F.*

XL.

(Veronæ, die V. mensis Mai a. 1439.)

Damianus Burgus Veronensis doctissime et pulcherrime virgini Isote Nogarole se pl. comendat.

SI AD scribendum tardior sum quam tue dulces postant littere et affectus erga me tuus, non quidem negligentie neque studio scribendi deputes, sed temporum perturbationi, que me labantem agit. Verumtamen nulla procella, nullo fluctu, nulla adversa tempestate ita quassatus, ita concussus, ita attonitus esse possum, ut memoriam verorum amicorum meorum et tui maxime, in quam omne meum solatium et studiorum exercitationem posui et locavi, nutantem, fragilem et confussam habeam. Iam enim tantum comunione studiorum

(6) *lege* poscant.

nostrorum et animorum concordia in te conversus sum, ut nec divisio nec discordia quevis me diversum agere possit. Adde quod tuis amicis verbis in dies magis magisque cogimur et concordamus. Sed tamen in hoc discordare videmur, quod mea que sit sententia omni in re plane noscis, tuam vero nisi perplexe et ambigua circuitione loquaris de tuo cupidine, non potis sum eximere, ex quo causam laudum tuarum incidentem perficere nequeo, sed suspensus imperfectam pendere relimquo, donec ex te noverim veritatem. Ortor itaque te, ne opera nostra semitexta maneant, neve te vellante veritatem scribendo segniscam, ut soli mihi tuo studiorum archano sodali aperte detegas, quem tuo incendas amore cuiusque igne inflameris amatrix. Non sufficit enim, ut credam quod frigido cinere Iullii Cesaris possis incalescere, quamvis adhuc sue reliquie sensus fument, que tamen etsi in amplexus comprhense forent, nullo calore possent refervere. Verum hoc in te futurum vereor, ut si vivorum amores hominum aborreas, vestigia Galle Reatine mulieris sequare. Cuius ut instar forte fias, vitam eius quam in dya-

logis beati Gregorii memoriter ego transcuri, tibi subiicio, ut quam te deam veneratus in terris, eandem ego sublatam adorem in celis.

Gothorum temporibus Galla Reatine urbis nobilissima puella Symachi consulis ac patricii filia inter adolescentie tempora marito tradita in unius anni spacio eius est morte viduata. Quam dum fervente mundi copia ad iterandum thalamum et opes et etas vocaret, elegit magis spiritalibus nuptiis copulari deo, in quibus a luctu incipitur, sed ad gaudia eterna pervenitur, quam carnalibus nuptiis subici, que a leticia semper incipiunt et ad finem cum luctu tendunt. Huic autem cum valde ignea conspertio corporis inesset, ceperunt medici dicere, quia nisi ad amplexus viriles rediret, calore nimio contra naturam barbas esset habitura. Quod ita quoque post factum est. Sed sancta mulier nihil esterius deformitatis timuit, que interioris sponsi speciem amavit. Nec verita est, si hoc in illa fedaretur, quod a celesti sponso

(5) Vita galle *legitur in margine.*

in ea non amaretur. Mox ergo ut eius coniunx defunctus est, abiecto seculari habitu ad omnipotentis dei servicium se se apud beati Petri apostoli ecclesiam tradidit ibique multis annis simplicitate cordis atque orationi dedita larga indigentibus elimosinarum opera impendit. Cumque omnipotens deus perenem iam mercedem reddere eius laboribus decrevisset, cancri ulcere in mamilla percussa est. Nocturno autem tempore ante lectum illius duo candelabra lucere consueverant, quia videlicet amica lucis non solum spiritales sed etiam corporales tenebras odio habebat. Que dum nocte quadam ex hac eadem iaceret infirmitate fatigata, vidit beatum Petrum apostolum inter utraque candelabra ante suum lectulum constitisse. Nec perterita timuit, sed ex amore sumens audatiam exultavit eique dixit: Quid est, domine meus; dimissa sunt mihi peccata mea? Cui ille benignissime ut est vultus inclinato capite annuit dicens: Dimissa quidem, veni. Sed quia quandam sanctimonialem feminam in eodem monasterio pre ceteris diligebat, illico Galla subiunxit: Rogo, ut soror Bene-

dicta mecum veniat. Cui ille respondit: non, sed illa talis veniat tecum. Hec vero quam petis die trigesimo erit te secutura. His igitur expletis visio apostoli assistentis et colloquentis ablata est. At illa protinus cuncte congregationis adscivit matrem eique quid viderit quidque audiverit indicavit. Tertio autem die cum ea que iussa fuerat sorore defuncta est, illa vero quam ipsa poposcerat die trigesimo subsecuta. Quod factum nunc usque in eodem monasterio manet memorabile.

O quantum riderem, Isota, si te Graio more pubescentem crebris infixis lendinibus conspicarer! Te namque videre viderer in faciem Sicule Sylle versam esse. Cuius

Prima hominis facies et pulchro pectore virgo
Pube tenus, postremo immani corpore pistrix.

Heu me, in quos ego tecum imprudenter desilui iocos! Dii magis, precor, talem a tuis membris indignam pestem avertant, sed potius in figuram vultumque Dyane, cui similis sis oraque simillima geris, penitus convertant et perpetem servent. In hos

tamen liberius incidi iocos; quod cum speciosam tuam effigiem mente comprhendo, non puto id ominis ullo vocamine super te cadere posse. Nam quis ille deorum tam eximius artifex sit, qui tua divina ora compositamque staturam fedare, mutare et sanctos artus invertere possit?

Non tua mortalis facies, non cetera membra.
Nam Iovis in celo manibus formata potentis.

Placuit his litteris tecum inter angores meos parumper ludere, magis ut dolores et angustias meas lenire tentem, quam aliquo solatio possit eger animus ex innato merore pestis et urgentis belli facile permulceri. Adde quod Furlanus ille mihi ob libellum tuum hactenus non redditum infestissimus et exosus congeminat dolorem. Ad quem iracundus preter humanitatem scribo, et simul ad clarissimum Iohannem Superancium meum, qui multis obiurgationibus insultet illum et demum ex eius manibus libellum extirpet et quo cultu sit reddat. Quem si umquam conveniamus, in unum ostro insignem et auro tibi, ut iam policitus sum et tuam decet dignitatem, nec ulla me sententia vertit,

faciam adornari. Vale et me tu tuique omnes comendatum habete. Sumus equidem omnes in hac adversa tempestate satis salvi.

Ex Verona die V. Maii 1439.

Expecto ab insignibus comatribus meis Contensia levira tua et Bartholomea sorore, postquam Ant. frater nihil curat scribere, aliquid litterarum suarum et ab amantissima et iocundissima Bartholomea maxime, que suis litteris mihi risum suscitare solet plenis salibus et lepidis iocis. Quibus me plurrimum comenda et offer.

A tergo: Clarissime et doctissime virgini domine Isote de Nogarolis sue omnium amantissime et colendissime.

XLI.

(Venetiis, inter diem V. mensis Mai et diem X. mensis Septembris a. 1439.)

Isota Nogarola Damiano Burgo S. P. D.

SOLICITA equidem sum, cum cogito, quam excusationem tibi afferre debeam, cur ad te sæpius litteras non dem, cum id agam neque oblivione amicitiæ nostræ neque negotiis impedita, cum omne negotium meum in studiis litterarum versetur. Verum cum reputo te eum hominem esse, cui nisi magna quædam ac præclara conveniant, hoc me deterrebat. Nunc autem omnibus officiis amicitiæ diligenter servatis a me nec hoc quidem prætermittendum

(4) Isota *est titulus in F.* S. P. D.] Sal. *A.* (6) offerre *R.* (6. 7) debebam *F.* (7) literas sepius *F.* (9) negociis *AF.* impleta *F.* (10) negocium *AF.* (11) te tum *A*, te cum *R.* (13) conveniat *F.* me *om. A.* (14) amicicie off. *R.* (14. 15) a me serv. *F.* (15) permitt. *R.*

esse duxi. Sæpius enim me rogasti, ut ad te aliquid litterarum darem. Qua ex re putavi a me alienum esse nisi voluntati tuæ morem gererem. Ut inquit Cicero, studiis amicorum præsertim in re bona tum difficile est, tum nec æquum quidem obsistere. Quod cum ita sit, hanc ad te mitto, ut exequar id quod tibi sæpius pollicita sum. Vale. Ex Venetiis.

(1) dixi *F.* (2) putavi *om. F.* (3) esset *F.* (4) inquid *F.* Cic. noster st. *A.* (6) quid *R.* obliviscere *F.* (7) sint *R.* (8) sæpius *om. F.* policita *A*, solicita *R.* Ex Ven. *omm. AF.*

XLII.

(Veronæ, die X. mensis Septembris a. 1439.)

Damianus Burgus Veronensis doctissime et clarissime virgini Isote Nogarole se pl. comendat.

OB ID quo te gavisuram sperabam, quod a morte redemptus essem, ad te libenter scripsi, magis ut in risum et florentes comas cierem, quam ut lacrimis vultum tuum genasque rigarem. Nam licet excuseris pre gaudio fletus, quod a dulci et bene amore consito animo proficisci videtur, tamen non credo sine dolore langoris nostri tua ora potuisse madere. Me miserum, quantum sperem doluisses, si me vidisses vitam cum sanguine exhallantem! Declarasti satis iam dudum et in presentiarum maxime amorem tuum mihi perspectum, a quo dividi et morte disiungi magnopere angebar morique pigebat. Quamquam aliter gravitate morbi

libenter vitam cum morte commutassem. Beasti me et omni langore levasti de significatione Lodovici nostri a peste salvati. Pro quo nuncio vitam meam tibi immortaliter debeo. Nam puer ille insignis a vita non est eximendus, nisi grandia que nobis pollicetur ex indole facta persolvat. Vale. Ex Verona X. Septembris 1439. Comendato me spectate genitrici et Lodovico meo nomine gratulare sepiusque complectere.

A tergo : Clarissime et doctissime virgini domine Isote de Nogarolis sue pre omnibus colendissime Venetiis.

XLIII.

(Veronæ, die XXI. mensis Novembris a. 1439.)

Damianus Burgus clarissime virgini Isote Nogarole se pl. comendat.

Si tanti me faceres quanti ego te facio, dignaretur omnis cunctis me veneratione preferre. Ego namque quoscunque flores tuarum laudum possum meditatione colligere, tibi manipulos et fasces facio. Sed angit me quod vitatione tue arrogantie nostris laudibus non glorieris, quin imo nostra adulatione ludificari credis, tam parva apud te valemus auctoritate. Sed profecto non mentior. Quod si ficta loquar, numquam verum exeat ore. Quis enim est qui tuam auctoritatem audeat deridere, cuius fama tantum percrebuit tuarum diffusione virtutum, ut non minus tuum quam

Appolinis iudicium extimemus tuque iam habes tua in pubertate cognomen sapientis. Quare tanta cura nitor tecum stabilem amiciciam continere et ex tua in me collata gratia maiori precio haberi spero. Et ob id ne a me discedas, quero tibi omni studio et benivolentia ac tuarum laudum predicatione propius adherere. Beasti itaque me quod adeo tuum in amorem corripuisti, ut nullo violenti distractu dirripi possim, sicque quoad vixeris firmum tenere pepigisti et ego me tibi vicissim trado tenacem. Quos a me petivisti terre fetus omni perquiram indagine. Sed despero habere posse nisi Gardesanam amissam recipiamus, unde talia tubera tumere et prodire solent. Attamen reliquum quem possidemus agrum lustrari diesque noctesque faciam, ut tue morem geram voluntati. Nosti quam pronus et facilis sim tuis parere mandatis. Vale et me tue genitrici et splendido Antonio fratri et eius amantissime coniugi et reliquis tuis omnibus comenda, Comendato item me vivis verbis sapientissimo Iac. Lavagnolo et Bartholomee iugali mihi compatribus dilectissimis et sepe

quomodo valeant mihi tuis significato litteris.
Ex Verona die XXI. Novembris 1439.

A tergo : Clarissime et elloquenti virgini domine Isote de Nogarolis sue plurimum colendissime
Veneciis.

XLIV.

(Veronæ, extremo mense Novembri a. 1439.)

Eusebius Burgus se affectu tradit amico
Isote nimphe celebri virtute munitę.
Si insignis laudes tes dulci carmine canto,
Ipsas digne cano, quia florent undique pulchre.
Sed utinam tali resonarem pectore voce,
Ut nostros cantus audiret Latius omnis,
Divulgata tui tantum celeberrima fama
Foret, que totum tonaret fusa per orbem.
Itaque vos, muse, suplex iam deprecor alme,
Argutum ad nostrum ducatis tempora carmen,

Præter ipsam epistolam ab Eusebio «Generose et doctissime virgini domine Isote de Nogarolis maiori sue supra ceteras colendissime Venetiis» missam extat in codice Riccardiano *(C)* nr. 924.

Eusebius Burgus Isotæ Nogarolæ S. P. D. *est titulus in* C. (1) traddit C. uirtute . . nitę *est in autographo.* (3) tuas? (4) digna C. (6) quod n. C. (7) celeberima C. (8) quem C. fussa C.

Concentus tantos gracili cantabo siringa,
Quantos meretur preclara Isota colenda.
Non tantum Tulii florebat splendida lingua,
Quin Isota suo par non procedat honori.
Ergo omnes nimphe docti celebresque poete
Hanc doctam cultu veneremur virginem omni.

(11) contentus C. siringo C. (12) collenda C. (14) Ysota C. (16) doctum C. Vale *in calce addit* C.

XLV.

(Venetiis, extremo mense Novembri a. 1439.)

Isota Nogarola perito adolescenti Eusebio Burgo S. P. D.

MAGNA me iocunditate affecerunt carmina ista tua, ex quibus facillime ingenium tuum perspexi humanitatemque familiaritatis paternæ in te sum contemplata. Et profecto cum eorum carminum sensum considero, non possum non stupere et magna affici admiratione. Video enim generosæ tuæ adolescentiæ primordia de te tantum polliceri, ut præcellentissimum virum evasu-

(4. 5) Isota *est titulus in F.* adul. Euxebio *A.* Burgo *om. R.* (5) D. *om. A.* (6) me] cum *A.* (7. 8) facilime *AFR.* (8) tuum *om. R.* prospexi *F.* (9. 10) in te] vite *F.* (10) sunt *R.* (11) desidero *R.* non p. me non *F.* (13. 14) adul. *A.* adol. tue *F.* (14) te *om. F.* (14. 15) policeri *AR.* (15) precelentissimum *A*, prestantissimum *R.*

rum te esse concernam. Profecto enim in cælum laudibus extollendus es et celebrandus. Quem enim adolescentem hac ætate ita virtute pollere et litteris sponte nullo prorsus stimulo incumbere prospicimus? Neminem profecto, credo; hanc enim coniecturam domi facio, ne quæram foris. Verum hoc a divino animo proficiscitur. Recte igitur facis. Nam quid litteris præclarius esse dicemus? Legimus enim, quanta maiorum nostrorum discendi fuerit aviditas, quoniam a summo omnium patre nihil melius tributum esse censebant. Euclidis philosophi tanta sciendi cupiditas erat ut cum cavissent Athenienses decreto, ut qui Megaris civis esset si Athenas ferre pedem prehensus esset, ea res ei capitalis foret, is nihili facto periculo Athenas noctu peragrabat et antequam

(1) enim *om. A.* (3) adul. *AF.* (4) polere *R.* (5) perspic. *A.* (6. 7) Neminem—foris *om. A.* (6) enim *om. F.* (7) foris. Verum] forum *F.* (8) a domino *F.* perfic. *R.* Forte *F.* (10) dicimus *A*, decus *F.* eum *F.* (11) in discendo fueritis avid. quam a *F.* (12) nichil *F*, nil *AR.* (12. 13) esse trib. *R.* (13) enclidis *R.* (14) discendi *F.* (15) et qui megarum *F.* (16) ferret *AR.* prensus *F.* (17) illi *A.* erat *R.* his nichil *F.* (18) peregrabat athenas noctu *R.*

advesperasceret tunica longa muliebri indutus e domo sua Megaris ad Socratem commeabat, ut vel tempore noctis consiliorum sermonumque Socratis fieret particeps, rursusque sub luce milia passuum amplius viginti eadem illa veste tectus redibat. Et recte quidem. Nam quid aliud est in quo nos vere gloriari possimus, nisi in his quæ nobis virtutum studiis comparamus? Quam ob rem te hortor, etsi hortatione minime opus est, ut omne studium, curam, diligentiam in virtute consumas, teque hoc unum scire volo, te tantum a me amari, ut nunc amare videar, antea dilexisse, teque toto pectore accipio amorque meus in te in horas crescere videtur. Vale et scribere aliquid ne cesses. Ex Venetiis.

(1) advesperasset *FR.* longe *A*, longie *R.* (1. 2) inductus *R.* (2) megarum *F.* a *F.* foceatem *A.* (2. 3) conibat *F (qui om.* ut vel—redibat). (4) particeps fieret *AF.* (5) millia *A.* passium *R.* (6) ea illa *A.* reddibat *R.* (6. 7) et et r. *A.* (7) quidam *F.* alius *R.* (8) nos *om. F.* iure *F*, vero *R.* possumus *A.* hiis *F.* (9) nos *R.* studii *A.* operamus *R.* (10) ut si *F.* minime] non *F.* (11) omnem *R.* (11. 12) digentiam *R.* (12) unum hoc *R.* (13) vollo *A.* (14) antea vero dil. *R.* (16) videretur *R.* aliquid scribere *F.* (17) Ex Venetiis] Vale *F*, *om. A.*

XLVI.

(Venetiis, die III. mensis Decembris a. 1439.)

Isota Nogarola doctissimo viro Damiano Burgo S. D. P.

DUPLICITER carminibus Eusebii ocelli tui sum delectata, tum quia singulare ingenium eius perspexi, tum quia quanti ipse me faceres æstimavi et quantum me amares ex eo facile cognovi. Tibi enim gratias ago, qui ingenium meum et virtutem tanti iudicii æstimas, ut sim quæ dignas laudes generosis primordiis filii tui tribuere possim. Utinam digna opinione tua essem! Verum non dicam a me, quæ minimi

(3) viro doctissimo *A*, docto viro *R*. (4) Sal. *(om.* D. P.) *A*. (5) occelli *AR*. (6. 7) singularem *R*. (7) ingenium *om. A*. aspexi *R*. (8) existimavi *AR*. (9) ex quo f. *R*. (11) iuditii *R*. estimas *A*, existimas *R*. (12) prim.] laudibus *R*. (13) tua op. digna *R*.

ingenii et iudicii in hac re sum, sed a quolibet viro eloquentissimo virtuteque prædito celebrandum et in cælum extollendum esse non dubito. Et profecto dictum illud Ciceronis animadvertit: Optima autem hereditas a parentibus traditur liberis omnique patrimonio præstantior gloria virtutis rerumque gestarum, cui dedecori esse nefas et vicium iudicandum est. Quod cum summa ratione intellexerit, in litteris versatus est, quoniam nulla alia ratione sibi gloriam et tibi patri laudem adepturum esse cernebat, nisi sola ceterarum rerum regina virtute. Quod cum ita sit, non possum non laudare et maximis prosequi laudibus et in primo laudatorum genere apud Hesiodum locandum censeo. Qua ex re nonne tibi licet gloriari et fortunatum nominare habens talem filium et deo agere gratias? Verum ne hoc assentationis magis causa quam veritatis dicere existimes,

(1) iuditii *R.* (2) predicto *R.* (3) cellum *A*, celo *R.* (4) illud dictum *R.* (6) tradditur *R.* (8) nephas *R.* et inditium *A.* (17) tibi nonne *R.* (19) gratias agere *R.* (19. 20) hoc—existimes *om. R.* (19) assentans *A.* (20) existimas *A.*

finem mihi imponam teque orabo, ut me sæpius de valitudine d. Io. Fed. nostri certiorem reddas curesque, ut tu et familia tua bene valeat, quod mihi gratissimum erit. Reliquum est ut tibi nuntiem Ant. Furlano litteras tuas me reddidisse, curabitque me invita id quod animo tuo libet facere. Vale. Ex Venetiis die 3. Decembris 1439.

(1) mihi finem *R.* atque or. R. (2) d. Iob. sed nostri *R.* (3) ut *om. R.* (5) nunciem aut furl. *R.* (6) tuas litt. *R.* (8) Ex—1439 *om. A.*

XLVII.

(Venetiis, inter diem III. Decembris a. 1439 et diem XVIII. Aprilis a. 1440?)

Isota Nogarola doctissimo viro Damiano Burgo S. D.

MAGNUM mihi scrupulum iniecerunt litteræ tuæ heri ad me delatæ, ex quibus cognovi te comico illi nostro credidisse, qui nunquam mutam mulierem ullo in seculo repertam affirmat, cum dicas mulieres viros loquacitate superare. Fateor enim id propter paucas evenire quæ faciunt ut omnes hoc iudicio dignæ videamur. Quod te dicturum profecto nunquam credidissem, tum quia ad me scribe-

(4. 5) Isota *est titulus in F.* (4) doct. viro *om. A.* (5) S. D.] Sal. *A.* (6) michi *F.* (8) comito *F.* (9) invitam m. *A.* (10) ullo *om. F.* affirmarit *A.* (11) loquatitate *R.* (12) enim] cuique *A.* enim id enim propter *F.* (13) omnis *A.* iuditio *R.* dignæ *om. A.* (14) iudicamur *A.* (14. 15) nunquam profecturum cred. cum ad me *F.*

bas cum me hoc laturam graviter certo scires, tum quia dies noctesque legis quam plures feminæ non modo mulieres, sed etiam viros in omni genere virtutis et præstantiæ excelluerunt. Volumus in eloquentia aspice Corneliam Grachorum matrem; Amesiam, quæ Romano coram populo frequenti concursu prudentissima oratione causam dixit; Affraniam Lucinii Buconis senatoris coniugem, quæ easdem causas in foro agitavit. Hortensia nonne hoc idem factitavit? Nonne Sapho mira carminis suavitate manavit? Portiam, Fanniam et reliquas quantis doctissimorum virorum versibus decantatas legimus? Volumus in bello aspice Camillam, quam Turnus, ut ait poeta, tanto honore prosequebatur. Nónne Thomiris regina Scy-

(1) cum mei hec *R*. certe *R*. (1. 2) sc. qui tum quia *A*. (2) qua *R*. legens *F*. (5) exceluerunt *A*. Volumus eloquentiam *AF*, *om*. *R*. (6) gracorum *AF*. matrem *om*. *A*. (8) circoncursu *R*. or. prud. *A*. prudentissimam *F*. ratione *R* (8. 9) tamen dixit *R*. (9) Gafraniam *R in textu*, Grafaniam *R in marg*. *F*. Lucini *F*. (10) asdem *F*. (11) nonne] vero ne *R*. facitavit *F*, fatitavit *R*. (13) Pherciam *F*. feminam *F*, phauniam *R*. ut *F*, *om*. *A*. (14) hominum *A*, *om*. *F*. (15) accipe *F*. (17) Nonne regina thomenistitarum (thomeisstitarum *in marg*.) *R*. torunis regia factorum *F*.

tarum Cirum Persarum regem cum universo exercitu trucidavit, ut ne nuntius quidem tantæ cladis superfuerit? Amazones nonne sine viris auxere rem publicam? Marpesia, Lampedo, Orithia maiorem partem Europæ subiecerunt, nonnullas quoque sine viris Asiæ civitates occupaverunt? Tantum enim virtute et singulari belli scientia pollebant, ut Herculi et Theseo impossibile videretur Amazonum arma regi suo afferre. Pantasilea bello Troiano inter fortissimos Græcos viriliter dimicavit; testis est poeta:

Pantasilea furens mediisque in milibus ardet.

Quod cum ita sit, te rogo, ut me certiorem reddas, si mulieres loquacitate vel potius eloquentia et virtute viros superent? Nam si

(1) Tirum *R*, Ennium *F*. (2) ne] et *F*. nuncius *AR*, nuctius *F*. (3) amascones *F*. (3. 4) nonne autem sine virorum auxilio remp. *F*. (4) auxerre *R*. marscepia *F*. (5) Orittua *A*, oritia *R*. (6. 7) nonnullas—Asiæ] Asiam *R*. sine iuris civitates Asirie *F*. (7) occupavere *A*, ocuparunt *F*. (8) singuli *(om.* belli) scentia *R*. polebant *A*. (9) hercoli ac creseo *(om.* imposs. vid.) *F*. impossibille *R*. (10) Panthisilea *A*. (11. 12) verosimiliter *F*. (12) est] et *F*, *om.* *R*. (13) Panthisilea *A*. mediis *R*. (16) elloquentia *R*, *om.* *F*. superant *R*.

te victum fateberis, gaudebo et te mihi cessisse haud mediocri gloria congratulabor. Vale.

(1) gaudeo *FR*. te *om*. *R*. (1. 2) cecinisse *R*, *om*. *F*. (2) aut *R*. meliori *F*. egratulabor *R*.

XLVIII.

(Venetiis, die XIX. mensis Aprilis a. 1440.)

Damianus Burgus Veronensis clarissime et excellenti virgini Isote Nogarole se pl. comendat.

QUANTO tibi propius accedo tanto longius me fugis et obtussas aures avertis. Non magis ut litteras meas quam me ipsum negligas, quod profecto tecum non merui, scripsi ex quo Venetias veni ad te bis terque quaterque, nec totiens profuit unas abs te posse eximere litteras. Nec quas scripsi scio errasse litteras, sed tuis captas manibus uncis. Quam ob rem quia miror tuis litteris posse carere, statui istuc ipse venire, ut te expergefaciam et ad scribendum viva oratione cohorter. Spero namque sicut litteras non reppelli. Urget enim presentia Turni. At si tu me cum genitrice despexeris, Antonius frater

et levira non despicient. Sed quamquam brevi profecturus sim, tamen non ante veniam quam libellum tuum quem ligandum ipsemet tradidi, mecum apportem rigenti auro amictum et coruscantem intus et extra. Vitreum cantarum tuum leni mero plenum adducam, ut Patavini me sequantur odori. Vale et amantissime genitrici et tibi et compatri et eius iugali me plurimum comenda, propter quos desino novam domum invenire, ut venientibus vobis cohaeream. Iterum vale. Ex Venetiis XVIIII. Aprilis 1440.

A tergo : Spectabili et doctissime virgini domine Isote Nogarole sue pl. collendissime.

XLIX.

(Veronæ, die XXX. mensis Novembris a. 1440.)

Damianus Burgus Veronensis clarissime et sapientissime virgini Isote de Nogarolis se pl. comendat.

Credo, vehementer mireris, quod cum a te iam dudum ego recesserim, hactenus crebris frequentantibus tabbellariis scribere distulerim. Sed mirari desines, cum audias me circum lacum Garde statim ut Veronam veni cum Camerario errasse, ubi non flere non potui audiendo calamitates et miserias indigenarum ac famelicos eiulatus et necessitates extremas tam velaminum quam cubilium et super omnia peiores dolores quam mortis. Nam mori maluissent quam femine virgines et iugales ac vidue violate fuissent et earum pudor raptus esset. Interea dum lacum ambiremus. lapsi a litore Brixiensi ad Pratum

Albuynam defluimus, quo licet violenter Camerarius me traheret, tamen libenter causa videndi tuam illam gentem et meos illos precipuos amicos, quos videre ardebam, aditum illum assensi. Quorsum ivisse quasi penituit, non ut ardor caritatis refrigesceret, sed quia ibidem inveni domum lugubrem. Languebat enim amita, quam totam perniciosa rehuma possederat. Cuius diesque noctesque ibat rabidus ad ethera clamor, et iam morituro similis declinabat, et sic die XXI. mensis huius raucam et moribundam, nisi expectatus succursus medicorum adiuverit, reliquimus, quo mœrore tristes omnes angebamur. Augebat item plusculum tristitiam facies tabefacta Zenebre, quam quia defloruit et longe difert a forma priori, profecto nisi vocis indicio non cognovissem. Heu quantum est mutata ab illa Zenebra, nitore cuius hebetabant lucentia sidera celi! Non sunt amplius micantes oculi, non est frons leti cordis index, non flavi nec crispi florent circum tempora crines, non est denique preter liventia labra decor ullus in ore. Non est insuper, si tergum vertat, levis

et nitida cervix nec eburnea cola, non est caro tenera, sed macies exesa. Sed quid longiori descriptione opus est? Ea demum est, nisi quod parumper in curvos flectitur artus, formidabilis palloris imago, quam seu preteriti langores seu abortivi fetus aut novi conceptio partus effinxerint, aliter quam ambigue referre non queo. Sed cum he cause pulcherrimam Zenebram deformarint, maior alius intestinus dolor venustatem eius et formam invertit. Quem licet tua omnis gens et cognatio in pectora amara conceperit, tamen matri et fratri tecum, quos huc propediem venturos expectamus, nisi coram non velim expressius explicare. Attamen durissimum illum Zenebre dolorem mollit interdum dulcis garitus et implicita lingua eius infantis, que imago est, dum pulchra fuit, simillima matris. Sic oculos, sic illa manus, sic ora gerebat. Sed eo magis dolor ipse remolesceret, si et ipsa dulcissimum et insignem fratrem Antonium fraterno ampexu complecti posset, quocum, sic enim fidei

(22) *lege* amplexu.

pignus sibi reliqui, brevi pollicitus sum reverti. Admone igitur ipsum, ut se accingat et paret iturum ad visendam sororem. Demum ut quo modo quoque vultu fuimus accepti tibi notum sit, ex hoc ipsa comprhendes. Nam de adventu nostrò admonitus Brunorius premisit nobis obviam citra Caluisanum famulos plures simul et armigeros aliquot, quot nos ab hostibus tueri et tegere sufficerent. Et sero Caluisanum advecti, ibidem hospitati, honorifice cubuimus. Postero die cum per tria miliaria prope Pratum Albuynum venissemus, invenimus nobis occurentes generosum Marsilium et Brunorium multa famulorum et militum stipante caterva. Qui nos in amplexus capientes multa Camerario sed mihi oscula plura fixere. Tandem implicitis manibus iuncti ad arcem conducti sumus, de genitrice, de Antonii fratris salute recuperata, de te ceterisque fratribus ac de levira multum sermonem habentes. Ubi equis declinati dum ad atria gressum verteremus, obstitit nobis macra et gracilis Zenebra ru-

(9) teg . . . C.

tillantis vellamine serici caput tecta, quam pulchra et nitida vestis ambibat. Ut autem iis dignis quas opinaris exterioribus blandiciis accepit Camerarium in fratrem, quo prestantiorem alium fata est nec accidere nec querere potuisse sororium, quem ceteris omnibus preferebat, ad me conversa hyllari fronte conspexit et duplici manu me comprhendens pre nimio gaudio verba compresit et vox faucibus hesit. Tandem ubi parumper obmutuit, oratio simul et comites lacrime prodivere, tuncque nec prius de mea meorumque quam de genitricis, de Antonii fratris omnium dilectissimi, de tua ac reliquorum omnium salute interrogavit. Quam ut rectam conscivit, in risum et iocum suscitata mollis omnibus et placida erat celum terras et maria non negatura. Verum quia nebulis madidi et gelu rigidi tremebamus, ascensu gradus superavimus et in talamum, quem ardentissimus Vulcanus illustrabat, ad arendum et calendum fuimus immissi.

Tunc domus interior regali splendida luxu
Multum erat instructa, argento fulgebat et auro.
Nos epulas divum similes mandavimus alvo.

Ubi duobus diebus commorantes, quo agrum illum lutulentum lustraremus, totidem ibi noctibus stratis mollibus cubuimus. Tertia vero die cum ex amplexibus insignium virorum Marsilii et Brunorii abiremus, Zenebra et venerabilis socrus se vobis omnibus comendantes mandaverunt, ut ab eis semper salvi foretis, ad quos visendos brevi ambo viri istuc sunt profecturi. De quibus sit hactenus mea oratio precisa. Ego vero gaudeo in patriam esse reversum, ubi vitam reciperavimus. Nam non est tantum expilata, ut suis natis non sit satis ubertate fecunda, nec est tanta quanta vulgatur penuria, que quidem, si bene metiamur, maior est Venetiis. Neque verum est, quod aliquis miles nisi causa straminis abditi quemque molestet civem. Valete omnes, quoniam et nos vobis comendantes valemus. Sed nundum Iohanna mea coniunx partum edidit, que quoniam ad suos venit colendos penates, revirescit in pinguem. Clarissima Bartholomea soror bene cum coniuge et primis liberis valet, sed merore funeris postreme eius infantis non poterit aliter in consolationem excitari quam caris-

simam videat matrem. Iterum vale et me matri, fratri et commatri pl. comenda, dummodo tibi primo sim comendatus. Ex Verona die ultimo Novembris 1440.

Memento nec obliviscare, quod me et coniugem comendes domine Libere Sebastiane et eius nurui, quibus nuncies Bartholomeum bene valere, ad quem ivimus et ruinam arcis Pischerie vidimus, que licet prostrata sit, tamen adhuc inexpugnabilis est. Ex quo fit iudicium, quod vilissimi, inertes et trepidi protectores fuere nec digni quibus Ethnam montem comittas custodiendum.

A tergo : Sapientissime et famose virgini domine Isote de Nogarolis sue omnium colendissime

Venetiis.

L.

(Veronæ, die XIX. mensis Ianuarii a. 1441.)

Damianus Burgus Veronensis clarissime virgini Isote Nogarole se pl. comendat.

Segnis tibi videor ab scribendum, quem fecisti, tu namque huc venturam celeri pede promisisti, quam miror cur tantum tardaveris, et sepe ancipiti augurio ducor, ne qua mala causa obstet. Et cum omnia circumspicio, non accuso causam tarditatis, nisi quam forte Brunorius sororius et patruus faciant, de quibus quia tantum differunt nec quicquam scribunt, ambigimus omnes. Quo modo autem agantur, significato mihi, nam de iis solicitus sum. Solicita tamen tuos omnes, ut huc recedant, ubi licet in bello simus, tamen patria pacem affert, in qua cepi revirescere, tantum me lucidus lustravit Apollo. Comenda


nos omnes clarissime matri et splendissimo fratri et fratribus ac inprimis dulcissime commatri, cui refer, quod nunquam potui sardenas salsas reperire, quas diligenter quesivi. Ex Verona die XVIIII. Ianuarii 1441.

Istuc venit Camerarius sororius. Ipsum quia in tuam omnem familiam et affinitatem vera et affectu plena precordia, vidi capite in dies gratiorem, nam ipse se et fortunas suas pro tua omni obiectat cognatione. Consulo, ut eius consiliis pareatis.

A tergo : Clarissime et elloquentissime virgini domine Isote de Nogarolis sue omnium collendissime.

(1) *lege* splendididissimo. (3) *post* commatri *in autographo deletum est* et tuo. (8) *post* precordia *deest* habet *vel simile quid.*

IMPRESSUM BUDAPESTINI
TYPIS SOCIETATIS FRANKLINIANÆ
A. D. MDCCCLXXXVI



sotam Nogarolam.

bii



bii Burgi ad Isotam Nogarolam.